This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gh
44
458
5



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gh 44.458.5

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

DE
ENUNTIATIS SUBIECTO CARENTIBUS
APUD
HERODOTUM.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT A. MDCCCLXXXVI

Adam Stephanus Miodoński
Cracoviensis.

CRACOVIAE.
TYPIS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE
provisore Anatole Mariano Kosterkiewicz.
1891.

G.. ,,.458.5

HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY.
Constantius fund

SUMPTIBUS AUCTORIS.

CONSPECTUS FONTIUM
EX QUIBUS HAUSIMUS.

C. L. KANNEGIESSER. De verbis impersonalibus. Vratislaviae. 1823.

C. L. STRUVE. De adiect. verbalibus (Epistola ad L. de Sinner 1831) in Opuscul. select. vol. II 213 sqq.

H. MUELLER. De tertia in verbo finito persona, inprimis de verbis impers. disputatio, Gryphiswaldiae, 1863.

J. VAHLEN. Hermes, XIV 210 sq. (1879).

O. RIEMANN. Le passif impersonnel en grec [Revue de philolog. Paris. 1882 p. 72—73].

F. MIKLOSICH. Subjectlose Sätze. ²ed. Vindobonae, 1883 [et eiusdem ¹ed. Die Verba impers. in d. slav. Spr. (XIV. t. Act. phil.-hist. class. Acad. litter. Vindob. 1865)]. (Ratio habita est iudicii. quod de priore dissert. Miklosichii fecit H. Bonitz, Zeitschr. f. öst. Gymn. 1866 p. 744 - 48. Cf. Techmer, Intern. Zeitschr. f. allg. Sprachw. I. 472—473).

A. MARTY. Ueber subjektslose Sätze und das Verhältn. der Gramm. zu Logik und Psychologie [Vierteljahrsschrift. f. wiss. Philosophie, Lipsiae. 1884, VIII. p. 56—96]. Cf. Berliner phil. Wochenschr. n. 23 a. 1884.

GUIL. SCHUPPE. Subjectlose Sätze. (Mit besond. Rücksicht auf Miklosichs »Subjectlose Sätze«.) [Zeitschr. f. Völkerpsych. und Sprachw. XVI. 249—97 a. 1885].

Editiones Herodoti: *a*) criticae: Stein. rec. tom. I. Berolini 1869; tom. II. a. 1871. Idem. ad rec. recog. vol. I—II, Berol. 1884. Dietsch-Kallenberg. ²ed. vol. I—II. Lipsiae. 1884—85.; *b*) hermen.: Baehr. vol. I—IV. Lips. 1856—61. Krueger, lib. I—II ²ed. Berol. 1866; III—IV. ²ed (Poekel) Lips. 1881; V—VI ²ed. (Poekel) Lips. 1875; VII—IX Berol. 1856. Abicht. lib.: I. ⁴ed. Lips. 1884; II. ³ed. Lips. 1876: III—IV. ²ed. 1872: V—VI. ³ed. 1883; VII—IX. ³ed. 1882. Stein. lib.: I. ⁵ed. Berol. 1883; II. ⁴ed. 1881; III—IV. ³ed. 1877; V. VI. VIII. IX. ⁴ed. 1882; VII. ⁴ed. 1881.

Gh 44.458.5

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

ἔξεστι, πρέπει, ἀδύνατον, apparet, sufficit etc., quae non plane intelleguntur, nisi coniuncta cum alia orationis parte sive expressa sive e contextu elicienda [1]). Necesse est statuatur, posse exstare re vera enuntiata nulli annexa subiecto, quod quidem elucet ex naturali cogitationum nostrarum processu, ex rationibus psychologiae, ut ita dicam, ad quas indolem sermonis revocare debemus; atque licet in syntaxi cuiusvis linguae logicae leges cogitationis minime plerumque respondeant legibus grammaticis, tamen etiam, qui studiis logices operam navant, viri docti Kant, Herbart, Brentano concedunt, esse re vera iudicia, quae uno membro (orationis) contineantur (eingliedrige Urteile); quam opinionem cum proferunt, nobiscum apertissime faciunt, defectum subiecti in enuntiationibus non impugnantes (vide sis Miklosich, Sub. S. p. 21—22).

Iam antiqui viri docti ad ea, de quibus agitur, enuntiata attendebant animum; ex recentioribus subiectum in iisdem sine dubio deesse statuendum contendunt Heyse (Lehrb. d. deutsch. Spr. et System d. Sprachw.), J. Grimm (Wörterb. 3, 1112) et Th. Benfey (Götting. gel. Anzeig. 1865, 1778—92) in recensione F. Miklosichii dissertationis »Die Verba imperson. in d. slav. Spr.« (XIV. t. Actorum phil.-hist. classis Acad. litt. Vindob. 1865). Sed in difficillima illa quaestione maximi est momenti disputatio Miklosichii modo allata, quam princeps philologiae slavicae auctam emendatamque iterum edidit Vindobonae a. 1883 inscripsitque: »Subjectlose Sätze«. Miklosich enim primus sagaciter subtiliterque in quaestionem hanc

[1]) Veteres grammaticos secuti permulti recentiorum usque ad hunc diem utramque classem harum enuntiationum uno nomine impersonalium comprehendunt. Priori classi nomen enuntiatorum subiecto privatorum (subjectlose Sätze) imposuit Heyse, Lehrb. d. deutsch. Spr. I 660 eumque secuti sunt Herbart, Trendelenburg et Miklosich, trita enim locutio »verba impersonalia« non omni ex parte probanda videtur. Cf. Miklosich, Sub. S. p. 3.

inquisivit et ad stabiliendam theoriam enuntiatorum subiecto carentium, firmis argumentis praecipueque permagna copia exemplorum adiutus, procul dubio plurimum contulit. Quantum autem tribuatur huic libello viri doctissimi, cum ex gravitate ipsius quaestionis patet, tum maxime elucet ex iudicio, quod de eodem tulerunt Benfey l. c., Bonitz (Z. f. ö. G. 1866, 744—8), Techmer (Intern. Zeitschr. f. vergl. Sprachw. I 472—3). Conferatur praeterea Huemer, Z. f. ö. G. 1884, p. 893 sq., B. Delbrück: Altind. Syntax, Halle 1888 p. 3 sq.: »es hat im Idg. gegeben und giebt es im Altind. Verbaläusserungen, welche wirklich als subjectlos gedacht sind« etc. et Schmalz in syntaxi latina (Handb. d. kl. Alt.-Wissensch. II² p. 397 sq.) Cuius dissertationis summam brevissime proposuimus initio huius capitis et libenter libereque profitemur, in dissertatiuncula hac de enuntiatis subiecto privatis apud Herodotum, a nemine adhuc tractatis, Miklosichium semper fere ducem nobis fuisse. Quae pars syntaxis linguae gr. nondum est satis et diligenter cognita, quam ob rem etiamnunc vulgo putant viri docti ne Miklosichio quidem excepto (Sub. S. p. 16), Graecos parum fuisse propensos ad locutiones sine subiecto usurpandas. Sed prorsus aliter res se habet; nam si ipsius Herodoti libros accurate perlustraveris, persuasum habebis, sermonem eius minime perpolitum, simplicem enuntiationum structuram manifestaque cotidiani generis dicendi vestigia prae se ferentem, plenum esse, ne dicam scatere, praedicatis nulli subiecto adiunctis id, quod acute praevidebat Vahlen (Hermes XIV, 210). Atque quod potissimum Herodoti sermonem amplexus sum, quem indagarem, id debeo Professori Max. Isbrzycki, de me optime merito, cui pro monitis praeceptisque occupato mihi in hoc studio datis amplissimis verbis gratias ago; gratissimique animi documentum hanc disputatiunculam esse velim.

Adnotatio. Commemorandae sunt etiam contrariae de ea quaestione sententiae, quae tamen cum permultae sint, acquiescam in enumerandis nonnullis iisque gravioribus. Alii dicunt, notionem nominis abstracti (rem verbi), inhaerentem radici verbi sine subiecto positi esse eius subiectum: curritur = cursus curritur (Theoctistus, Priscianus apud Miklosichium p. 7, ex recentioribus H. Mueller, De verb. imp. p. 21); alii vero supplent personam, velut (Ζεύς, θεὸς) ἀστράπτει (Apollonius, De synt. 101, Krueger, gr. 61, 4 adn. 4; Kühner § 352 *b*). Eggero (Notions élémentaires de grammaire comparée 84) et Steinthalo (apud Miklosichium p. 19—20) videntur enuntiata haec exprimere exsistentiam (Existentialsätze): βροντᾷ dissolvunt in βροντὴ γίγνεται (sujets conjugués). Sententia Sigwarti [conf. A. Marty »Ueber subjektslose Sätze« etc. (Berlin. phil. Wochenschr. 1884, n. 23, p. 727—8)] praedicata sine subiecto habent vim iudiciorum appellativorum (Benennungsurteil): »es blitzt = das ist Blitzen, das blitzt«. Steinthal (Zeitschr. f. Völkerpsych. 1866, 4, 235 sq.) autumat, hominem loquentem aliquid incogniti, occulti habere pro auctore facti cuiusdam vel actionis in rerum natura conspicuae (phaenomeni). Apparet, laudatos homines doctos probare solum iudicia, quae contineantur duobus membris (Zweigliedrige Urteile). Quorum opinioni accessit recentissimo tempore Guil. Schuppe: »Subjectlose Sätze« (Mit besonderer Rücksicht auf Miklosichs: »Subjectlose Sätze« etc.), [Zeitschr. f. Völkerpsych. XVI, 3, 249—297]; F. Kern: »Die deutsche Satzlehre«. Eine Untersuchung ihrer Grundlagen, 1 cap. (Satz und Urteil), Berolini 1883 (conf. Intern. Zeitschr. f. vgl. Sprachw. I, 461); H. Paul: Principien der Sprachg.[2], Cap. VI p. 106 »unter allen Umständen ist ein Satz, wie Feuer, es brennt, zweigliedrig«; A. Puls: Ueber das Wesen der subjectlosen Sätze. I. II. Progr. Flensburg 1888, 1889 (cf. Archiv für lat. Lexik. V 301—302. VI 577—578).

PARS II.

Enuntiata sine subiecto, quae inveniuntur apud Herodotum, dividimus in 4 generales partes: I. Enuntiata cum verbo activo. II. Enuntiata cum verbo passivo. III. Enuntiata ex nomine et verbo substantivo constantia. IV. Participia destituta subiecto in casibus, qui dicuntur, absolutis, genetivo et accusativo posita. Rationem habebimus etiam exemplorum, in quibus idem verbum modo impersonalem efficit constructionem, modo cum certo subiecto usurpatur, haec enim lucem quandam afferunt naturae praedicatorum, quae certo carent subiecto (v. Vahleni adn. l. c.).

I. Enuntiata subiecto carentia cum verbo activo.

1. Enuntiata actiones in rerum natura conspicuas designantia.

a) ὗει I 87, 9 (λέγεται) ὅσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, II 22, 13 ἀνάγκη ἐστὶ ὅσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι, IV 50, 15 ὗει γὰρ δὴ τὸ θέρος, ibid. 151, 2 οὐκ ὗε τὴν Θήρην et 185, 9 εἰ ὗε. Memoria dignus est usus verbi ὗειν III 125, 15—17 Πολυκράτης δὲ ἀνακρεμάμενος ἐπετέλεε πᾶσαν τὴν ὄψιν τῆς θυγατρός· ἐλοῦτο . . ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅκως ὗοι κτέ., quo loco verbis expressa sunt et conscientia auctoris phaenomeni et ipsum phaenomenon ad causam agentem non relatum. Duobus praeterea locis existimamus statuendum verbum ὗειν sine subiecto Herodotum usurpasse: IV 28, 13 τὴν μὲν ὡραίην οὐκ ὗει λόγου ἄξιον οὐδέν, τὸ δὲ θέρος *ὗον [1]) οὐκ ἀνιεῖ et II 22, 14 εἰ ἐχιόνιζε, *ὗε [1]) ἂν ταῦτα τὰ χωρία.

[1]) IV 28, 13 . . . τὸ δὲ θέρος ὗον] οὐκ ἀνιεῖ, ita hic locus in libris et manuscriptis et editis nunc constanter legitur consentiente H. Muellero, De verb. imp. p. 28 adn. 101 et Vahleno, Hermes XIV

b) χιονίζει (ningit) tantum sine subiecto legitur apud Herodotum: II 22, 14 εἰ ἐχιόνιζε, 22, 19 εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὅσον ὦν ταύτην τὴν χώρην. Quod verbum Herodoti potissimum proprium esse videtur, alii scriptores adhibent hoc sensu vocem

---

211 Subiectum ὁ θεός subaudiunt Schweighaeuser, Lex. s. v., Lhardy, Kuehner § 482, 6. Notandum Aldinam habere ὕον, quod neutrum probat Portus apud Schweigh. ad h. l., notionem τοῦ θείου supplens recipitque H. Stephanus, Thesauri gr. l. VIII vol. col. 564 (a. 1865) dicens in universum: non probandum videtur ⏑ ὕων intellecto ὁ θεός. Masculina forma part. ὕων tolerari hoc loco nequit, persona enim agens (θεός) subaudita abhorret mea quidem opinione ab usu loquendi Graecorum, quod ex sequentibus locutionibus effici mihi videtur, quae exprimendae notioni verbis naturae inhaerenti inserviunt:

α) Substantivum coniunctum cum εἰμί, γίγνομαι, Homeri Od. 4, 566 οὐ νιφετός, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς οὔτε ποτ' ὄμβρος et II 12, 278. Herod. II 22, 12 ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ (= gen. absol. χιονίσαντος), cf. IV 31, 6—7. Idem IV 28, 13—16 βρονταί τε ἥμος . . γίνονται ⏑ ἦν δὲ χειμῶνος βροντὴ γένηται ⏑ ὡς δὲ καὶ ἦν σεισμὸς γένηται, V 85, 9 καί σφι ἕλκουσι βροντήν τε καὶ ἅμα τῇ βροντῇ σεισμὸν ἐπιγενέσθαι (= V 86, 24) cf. VIII 12, 2—3. 13, 6. 12, 11—12. 37, 15. Thucyd. VI 70, 1 ξυνέβη βροντὰς γενέσθαι καὶ ἀστραπὰς καὶ ὕδωρ πολύ, vide plura apud Kruegerum, Gr. gr. § 61, 4, 4 et H. Muellerum, De verb. imp p. 29 adn. 102. Xenoph. An. IV 4, 8 γίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν πολλὴ κτέ.

β) V. naturae cum subiecto ὁ θεός sim. Semper in Homeri carminibus, cf. Krueger Di. 61, 4, 3. Herod. II 13, 19 εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεός, III 117, 18 ὕει σφι ὁ θεός, VII 129, 25 ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν. Saepius apud Aristotelem, cf. H. Bonitz, Index Arist. s. v. ὕειν. Theocritus 4, 43 χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δὲ ὕει.

γ) Sine subiecto: Thucyd. IV 52, 1 τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἑσταμένου ἔσεισεν, Aristotel. (v. Ind. Aristot. s. v.).

δ) Gen. absol.: Xenoph. Hell. I 1, 16 ὕοντος πολλῷ, Theocr. 9, 20 χειμαίνοντος.

Exempla sub α) demonstrant, Graecos iam inde ab antiquissimis temporibus actiones in rerum natura conspicuas verbis potuisse exprimere, eas diis vel Jovi non tribuentes. Animadvertit

νίφειν ut Ar. Ach. 1106 νίφει, Xenoph. Cyn. 8, 1 ὅταν νίφῃ ὁ Ζεύς. Eadem proprietate servata circumscribit Herodotus actionem ningendi substantivo χιών, apto verbo addito: II 22, 12 ἐπὶ χιόνι πεσούσῃ — at aliter legimus Il. 12, 278 ὥς τε

hoc etiam H. Mueller, De verb. imp. p. 28 adn. 101. Satis igitur habebant expressisse solam actionem, tum enim, cum dicebant, aut non cogitabant de persona illam actionem efficiente, aut infinitam et incertam de eadem habebant opinionem. Quae opinio — ut cum Grimmio, Lex. 3, 1112 dicamus — si corroboratur firmaturque, si ipsae rerum causae respiciuntur, personam agentem poni videmus: Xen. Oec. 20, 11 ὕδωρ ὁ ἄνω Θεὸς παρέχει. Egregium huiusmodi exemplum sunt verba Herodoti VIII 13, 9 ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κτλ., addita ad praecedentia (v. 6) πλέουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο. Cf. quoque ibidem cap. 12, v. 2, 3 et 9—12. Locutiones sub γ) allatas nullo modo affirmari potest pertinere ad subiectum ὁ Θεός, Ζεύς (vide Thucyd. IV 103 χειμὼν δὲ ἦν καὶ ὑπένειφεν); testantur id luculentissime genetivi, quos dicimus, absoluti sub δ). Grammatici et interpretes, qui locis sub β) laudatis adducti etiam praedicata sub γ) cum subiecto copulanda putent, debebunt genetivos absolutos sub δ) ad subiectum gen. masc. et accus. absol. παρέχον (Herod. V 49, 47) sim. ad τὸν Θεόν, τὸν καιρόν referre!, cum ad παρέχει (μοι) cogitatione voces ὁ Θεός, ὁ καιρός supplendas autument (Kuehner, § 352). Itaque argumenta ex ipsa indole linguae graecae petita impellunt nos,ut statuamus verba ὖειν, βροντᾶν etc. Graecos et prorsus absolute (sine subiecto) et cum subiecto usurpasse; Herodoteum ὖων (οὐκ ἀνεῖ), aeque ferri non potest atque polon. (on) lał, grzmiał (pro lało, grzmiało), germ. (er) regnete, ut re vera interpretatur hoc verbum Krueger Gr. gr. 47, 4, 4 »ὖει es (eig. er, der Gott) regnet« Quaproter repono part. neutr. gen. ὖον (οὐκ ἀνεῖ). Forma ὖων consulto fortassè in textum illata est et iis, qui absoluti usus part. ὖον inscii erant, debetur; accedit etiam, quod ο et ω in archetypo Herodoti saepe inter se confundebantur (Gomperz, Herod. Stud. II 575). Qua lenissima mutatione facta aequaliter iam procedit oratio: οὐκ ὖει (sine subiecto) λόγου ἄξιον οὐδέν, τὸ δὲ θέρος ὖον οὐκ ἀνεῖ. — Corruptus etiam mihi videtur locus Herodoti hanc personalem constructionem exhibens: εἰ ἐχειόνιζε, ὖετο]

νιφάδες χιόνος πίπτωσι ϑαμειαί. Verbum autem νίφειν occurrit apud Herodotum solum in passiva forma, conf. infra.

c) χειμάζει »furit tempestas« Schweigh., cuius significationis apud Herodotum solitarium exstat exemplum VII 191, 5 ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς. Idem usus huius vocis reperitur apud Theophrastum, De sign. 6, 3, 1 χειμάσει μέχρι διχοτόμου ~ Γέρανοι ἐὰν πρὼ πέτωντκι .. πρὼ χειμάσει · ἐὰν δὲ ὀψέ ... ὀψὲ χειμάσει, ibid. 4, 1 gen. absol.: ἐὰν χειμάζοντος ἡ δύσις γένηται. Ita est etiam in LXX. Job. 37, 6 χειμάσει (conf. Stephani Thes. VIII. vol. col. 1375). Cum subiecto: Xenoph. Oec. 8, 16 ὅταν χειμάζῃ ὁ ϑεός, Soph. O. C. 1503 sq. πάντα γὰρ ϑεοῦ | τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.

Adnotatio. Idem atque χειμάζει valet etiam vox χειμαίνειν, quae raro et solum active sine subiecto usurpatur, ut apud Theocr. 9, 20 χειμαίνοντος, saepius in scriptis physicorum (H. Stephanus, Thesaur. VIII. vol. s. v.). Quam ob rem loco Herodoti VIII 118, 8—10 καὶ δὴ μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσϑαι γεμούσης τῆς νεός ~ ἐνϑαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλέα εἰρέσϑαι κτλ. infinitivum passivi χειμαίνεσϑαι ducibus Valla et Steinio componimus cum accus. τὸν βασιλέα ita, ut sit sensus: cum rex magis tempestate agitaretur.

Similiter utitur saepe Thucydides voce χειμάζεσϑαι de personis, velut II 25, 4 χειμαζόμενοι ἐν ἀλιμένῳ χωρίῳ, οἱ μὲν

ἂν ταῦτα τὰ χωρία (II 22, 14). Veram lectionem solus cod. R habet hanc: ὅε ἂν κτέ.; ὅετ' ἂν praebet cod. P (et Aldina), ὅετο ἂν in reliquis libris exstat receptumque est in textum ab editoribus. Hoc modo, qui constructionem ὅε ἂν ταῦτα τὰ χωρία non intellegebant, vestigia eius paulatim deleverunt. Ad quem usum illustrandum conferantur loci: Herod. IV 151, 2 οὐκ ὅε τὴν Θήρην (II 22, 19 εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε ταύτην τὴν χώρην), Pausan. II 29, 7 τὴν χώραν ὅεν ὁ ϑεός. W. Gemoll (Wochenschr. für kl. Phil. 1887. No. 24, col. 741) utramque lectionem: ὅων et ὅετο tuetur.

πολλοὶ ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς ναῦς κτλ. Cf. Bétant, Lex. Thucyd. s. v. et adn. Classeni a. h. l. Minus probabiliter videntur mihi Schweigh. Lex. s. v. et, qui tamen haesitat, Baehr a. h. l. cum χειμαίνεσθαι iungere acc. τὴν νέα. Nam licet haec coniunctio vocabulorum firmetur analogia loci Thucydidei VIII 32, 1 χειμασθεισῶν τῶν νεῶν, displicet tamen, si grammaticam respexeris rationem, potius enim exspectaveris: χειμαίνεσθαι (ἅτε) γέμουσαν τὴν νέα. — Lange (germ. vers.), Schweigh. (vers. lat.) et Abicht absolute sine subiecto χειμαίνεσθαι Herodotum adhibuisse putant, sensu verbi χειμάζει (jest burza, es wettert). Sed hanc interpretationem probaturo statuendum erit, Graecos eadem significatione et χειμαίνει et χειμαίνεται usurpasse id, quod ab usu eorum abhorret. Verba naturae sine subiecto in activo et passivo posita propria sunt vulgaris sermonis latini: Cato r. r. 88 nubilabitur (Varro r. r. I. 13, 5 si nubilare coepit), Apul. Flor. 2, pag. 2 Krueg. »istud spatium, qua pluitur et ninguitur«.

Nunc oportet dicamus de gravioribus quibusdam proprietatibus laudatorum v. naturae.

1) ὕειν, χιονίζειν non addito subiecto usurpantur transitive cum accus. loci, quo pluit ningitve:

Herod. IV 151, 2 οὐκ ὗε τὴν Θήρην, II 22, 14 *ὗε ἂν ταῦτα τὰ χωρία, II 22, 19 εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε . . ταύτην τὴν χώρην. Cf. Ar. Ach. 138 εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θρᾴκην.

2) Verba ὕειν, νίφειν ponuntur in passivo cum subiectis ἡ γῆ sim. Herod. I 193, 3 ἡ γῆ . . ὕεται, II 13, 15 ὕεται πᾶσα ἡ χώρη, 14, 8 ὕσεταί σφι ἡ χώρη, 25, 18 ἅτε ὑομένης τε τῆς χώρης, III 10, 10—14; IV 50, 10; 198, 8; IV 31, 4—5 τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται (v. IV 50, 11 νιφετῷ δὲ πάντα χρᾶται < ἡ γ ῆ > = νίφεται).

3) ὕειν, χιονίζειν sine subiecto et ὕεσθαι, νίφεσθαι personaliter posita efficiunt figuras, quas dicimus, etymologicas easque artiore aut latiore sensu usurpatas:

Dativus: *a)* subst. I 87, 9 ὕσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, III 10, 14 ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι (v. Aesch. Agam. 1501); *b)* neutr. adiect. I 193, 3 ἡ δὲ γῆ . . ὕεται μὲν ὀλίγῳ, IV, 50, 10 ὕεται γὰρ ἡ γῆ . . . πάμπαν ὀλίγῳ (v. ad h. l. Krueger, Di. 49, 15, 13), IV 31, 5 τὰ κατύτερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφεται, ἐλάσσονι δὲ τοῦ θέρεος. Cf. Pausan. 4, 20, 7 ἔτυχε δὲ καὶ ὗειν πολλῷ τὸν θεόν. Accusativus neutr. adiect. rarius invenitur: IV 28, 12 οὐκ ὗει λόγου ἄξιον οὐδέν, II 22, 19 εἰ ἐχιόνιζε καὶ ὅσον ὧν ταύτην τὴν χώρην. Quod igitur in his locutionibus dativus praevalet, id proprium est usus Herodotei, ceteri enim potissimumque scriptores Attici praeferunt accusativum. Dativ. apud Xenoph. Hell. I 1, 16 ὄντος πολλῷ non prorsus accedit ad consuetudinem solutae orationis Atticorum [πολλῷ memoriam codicum secuti retinent praeter alios Cobet in ed. cr. Amstelod. 1862 et Büchsenschütz in 4 ed. herm.; nonnuli homines docti sine iusta causa gen. πολλοῦ proponebant]. Cf. Kuehneri § 410, 3 *a* et accuratam collectionem huc spectantium exemplorum apud Kruegerum Di. 48, 15 adn. 13.

Adnotatio 1. Quam sententiam veteres homines docti de verbis naturae habuerant (v. Miklosich, Sub. S. p. 11 sq.), eandem plurimi recentiorum protulere statuentes in iis ellipsin vocis Ζεύς, ὁ θεός. Cf. Hermann: De ell. et pleon. (Opusc. I 154) § 106, Bernhardy: Wissensch. Synt. p. 191, 4; Krueger: Gr. gr. 61, 4, 4; Kuehner § 352 *b)* (idem Gr. lat. II. vol. § 3 *b)*, ex interpretibus Herodoti Lhardy (II 22), Krueger, Abicht (IV 28), Stein (VI 27). Madvig: Synt. § 7 adn. 1, Steinthalo (Miklosich: Sub. S. p. 20) consentiens, cuiusdam infiniti et occulti animantis notionem subiectum harum actionum esse putat.

Adnotatio 2. Non inveniuntur apud Herodotum verba βροντᾷ, ἀστράπτει, σείει, νίφει [1]) sine subiecto usurpata, sed no-

[1]) Pro νίφει verbo aliis scriptoribus proprio utitur Herodotus vocabulo χιονίζει.

tiones hae circumscribuntur verbo γίνεσθαι et substantivo (»re verbi«) eiusdem radicis, quae in verbo naturae inest. Velut βροντὴ γίνεται IV 28, 13—15, σεισμὸς γ., IV 28, 16, ἀστραπὴ γ., III 86, 7. Cf. V 85, 8—9. 86, 24. VII 42, 8—9. VIII 12, 3. 64, 4. Personalem constructionem verbi σείειν, VII 129, 26 ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν κτέ. postulavit nexus sententiarum. Quam consuetudinem notiones verbis naturae inhaerentes per ambitum verborum exponendi, communem sermoni graeco omnium temporum (v. Theophr. De sign. 2, 7 θέρους ὅθεν ἂν ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ γίνωται et ea, quae protinus sequuntur ἐὰν μὲν ~ ἀστράπτῃ) aeque ac Herodotus adamawit praecipue Thucydides, eaque periphrasis cum adeo percrebruisset effecit fortasse, ut etiam apud ingeniosissimum historiae belli Peloponnesiaci scriptorem — si fidem dabis Bétanto, Lex. Thuc. — nusquam prodeant verba ὕει, ἀστράπτει, βροντᾷ subiecto destituta (v. in hoc lexico voces ἀστραπή, ὕδωρ, ὑετός). At vox σείειν sine subiecto usu venit apud Thucydidem IV 52 τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἱσταμένου ἐσεισε. In recentiore lingua graeca frequentes sunt locutiones ἐνύκτωσε, ὅσον νὰ ξημερώσῃ (v. Miklosich, Sub. S. p. 45), sed fortasse similem dicendi rationem veteres Graeci ignoraverunt, cum apud eos exstent tantum, quod sciam, circumscriptiones harum notionum, ut illud Platonis in Critone p. 43 *a* ἢ οὐ πρὼ ἔτι ἐστίν; et similia apud Thucydidem (cf. Bétant s. v. ἡμέρα, νύξ). Quem circuitum eloquendi saepissime Herodotus exhibet: V 33, 23 ὡς νὺξ ἐγένετο, VIII 12, 1 ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, V 56, 7 ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα, VI 118, 4 ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψε (= VIII 14, 3) sim.

2. Enuntiata, quae verbis μέλειν, μεταμέλειν animi affectus exprimunt.

A) Μέλειν »curae esse« triplicem init apud Herod. constructionem: *a)* sine subiecto, *b)* impersonalem, *c)* personalem.

a) Sine subiecto. Persona, quae curat, ponitur in dativo; notionem eius, de quo cura adhibetur, indicat α) genet. β) περί cum genet.

α) VI 19, 11 νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις (= ἐν Δ.) ἄλλοισι μελήσει (oraculum Delph.). β) VI 101, 8 εἴ κως δὲ διαφυλάξαιεν τὰ τείχεα, τούτου σφι πέρι ἔμελε, VIII 65, 30 περὶ δὲ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει, VIII 19, 13 κομιδῆς δὲ πέρι τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν [1]), ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα.

b) Impersonaliter; subiecti vice fungitur α) infinit., β) enuntiatum secundarium.

α) V 98, 12—14 ὑμῖν παρέχει σώζεσθαι ἐπὶ τὴν ὑμετέρην αὐτῶν· μέχρι μὲν θαλάσσης αὐτοῖσι ὑμῖν, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἡμῖν ἤδη μελήσει (sc. ὑμέας σώζεσθαι) [2]), VIII 68 β, 12 οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηνέων ναυμαχέειν.

---

[1]) VIII 19, 13. Statuimus hoc loco μέλειν sine subiecto usurpatum. Κομιδῆς δ. π. pendet ab inf. μελήσειν, τὴν ὥρην adverb. = temperi; v. Herodot. II 2, 12 τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφι αἶγας (τὸν ποιμένα), VII 50, 22 ὥρην τε τοῦ ἔτεος καλλίστην πορευόμεθα, τὴν ὡραίην IV, 28, 12. Xenoph. Oec. 17, 1 τὴν ὥραν σπείρειν. Sententia expressa hisce: ὥστε ἀσινέας κτέ. continentibus ea, quae ex praecedenti enuntiato sequuntur, superflua est potius, quam necessaria. Omnis vis tribuitur verbis κομιδῆς δ. π. τ. ὥρην. Non mihi tamen hoc modo explanatam constructionem praeferenti in animo est negare, μελήσειν Baehrium bene referre ad subiectum τὴν ὥρην ita, ut sit sensus »sibi tempus (redeundi) curae futurum esse« et tum κομιδῆς δ. π. verti debere »quod adtinet ad reditum« (cf. Herod. VII 102, 15. De republ. Athen. III, § 1); ad constructionem μελήσει, ὥστε illustrandam profert Abicht locum Herodoteum IX, 72 μέλεν μοι ὅτι, cui addam alterum Xenoph. Cyr. 6, 3, 19 πάνυ μοι ἐμέλησεν ὥστε εἰδέναι. Sed etiam impersonaliter constructio huius enuntiationis accipi potest: κομιδῆς δ. π. »quod ad reditum spectat«, τὴν ὥρην = acc. temp., μελήσειν ὥστε κτέ.

[2]) V 98, 12—14. Aristagoras, tyrannus Mileti, legatum mittit ad Paeonas, qui in potestatem Megabazi redacti Phrygiam incolebant, ut consilium iis praeberet occasione data revertendi in

β) I 9, 14 σοὶ μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν ὅκως μή σε ὄψεται. Locutio τὸ ἐνθεῦτεν adverbiali sensu usurpata est ut τὸ δὲ ἀπὸ τούτου cf. adn. 2). IX 72, 9 οὐ μέλειν οἱ ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει.

c) Personaliter I 36, 16 νεόγαμός τε γὰρ ἐστὶ καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει, VIII 72, 7 τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν, III 155, 37 τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἐμοί τε καὶ Πέρσῃσι μελήσει τὰ (= ἃ) δεῖ[1]) ποιέειν.

---

patriam (ad Strymona), Formam verbi μελήσει vel μελέτω intellecto inf. σώζεσθαι subaudimus Abichtum secuti in priore parte enuntiationis μέχρι μὲν.. ὑμῖν; cui rei favet arta copulatio utriusque partis per particulas μέν — δέ. Minus probabiliter videtur mihi Krueger in illis μέχρι μὲν κτέ de supplendo παρέχει cogitasse (prorsus reicienda est dativi αὐτοῖσι ὑμῖν interpretatio haec »per vos ipsos«, v. adn. Kruegeri). Τὸ ἀπὸ τούτου adhibitum est sensu adverbiali, cf. Herod I 4, 1—2. 130, 10. VII 30, 2 IX 57, 18. Falso sine dubio Schweighaeuser statuit hoc loco constructionem personalem exstare (Lex. s. v. μέλειν); non enim ipsum spatium a mari usque ad Strymonem (τὸ ἀπὸ τούτου) curaturum, sed ut inde a mari ad Strymonem Paeones incolumes reverterentur (σώζεσθαι) animo se laboraturum promittebat Aristagoras. Cum Schweighaeusero manifesto faciunt, qui nuper de infin. Herodoteo scripserunt, Heilmann et Sharp, cum exemplum hoc non respiciant.

[1]) III 155, 37 μελήσει τάδε] ποιέειν tradunt libri manuscripti. Mendosum esse τάδε vel inde colligas: Zopyrus postquam astutam expugnandae Babylonis iniit rationem, consilium suum Dario exponit (v. 17—36); itaque pronomen τάδε ad verba remotissima αἱρέομεν Βαβυλῶνα vers. 17 referri deberet! Difficultas haec minime removetur altero simili loco Herodoti VIII 69, 11 quem Eltz (Jahrbb. Suppl. IX 343) in comparationem vocavit, ut integram memoriam codicum in parallelo illo τάδε (μελήσει τάδε) servatam esse ostenderet, ibi enim alia est potior explicatio probandaque (cf. adn. a. h. l. Baehrii, interpunctionem vocabulorum in textu Abichti et Steinii). Sed quod Dietsch (ed. 1864 praef. p. XV) putat, inepte pron. τάδε esse positum, cum Persae Zopyri consilium ignorantes

Adnotatio 1. Personalis constructio verbi μέλειν, in soluta oratione non admodum frequens, praevalet in sermone vetustissimo, in carminibus potissimum Homeri et apud tragicos poetas (cf. Passow s. v., Krueger Di. 47, 11, 2). Quo usu comprobatur originatio huius vocis, quam statuit Osthoff, Zur Gesch. des Perf. p. 450 adn. Eius enim sententia inest verbo μέλειν eadem radix atque in μάλα, μᾶλλον, μάλιστα, lat. melior, — us (cf. Curtius, Etym.[5] 594); μέλει μοί τι = est aliquid mihi magni momenti.

Adnotatio 2. Tam rari usus verbi μέλειν causa est magna copia locutionum idem significantium, quas ubertas dicendi Herodotea prae se fert. Sufficiant nonnulla tantum synonyma, velut: *a)* μελετάω III 115, 11 οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι, τοῦτο μελετῶν, VI 105, 3. *b)* ἐπιμελεῖσθαι V 29, 12 δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων οὕτω δή σφεας ἐπιμελήσεσθαι, *c)* κήδομαι IX 45, 6 εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος, *d)* περιέχεσθαι cum gen. VIII 60, 25 τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα, *e)* φροντίζειν VIII 36, 7 σφέων αὐτῶν πέρι ἐφρόντιζον, *f)* ἀνακῶς (= ἐπιμελῶς) ἔχω cum gen. VIII 109, 21 καί τις .... σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, cf. I 24, 29 ibid. adn. Steinii. *g)* ὅπιν ἔχω cum gen. IX 76, 15 ἀπολέσας τοὺς οὔτε θεῶν ὅπιν ἔχοντας, cf. VIII 143, 11. *h)* ὥρη (= ἐπιμέλεια) ἐστί τινος, III 155, 23 τῆς (στρατιῆς) οὐδεμία ἔσται ὥρη ἀπολλυμένης, quo loco defectus personae est notandus, hoc modo enim absolute v. μέλειν non usurpatur. Ὥρην ἔχειν cum gen. I 4, 7 μηδεμίαν ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων; ὥρην ποιέεσθαι IX 8, 10. *i)* σπουδὴν ποιέεσθαι IX 8, 8 et I 4, 6.

---

non potuerint una cum eo expugnandae urbi studere, id artificiose excogitatum quis est, qui non videat. Lenissimam igitur mutationem τὰ δεῖ a Reiskio factam non dissentientibus Baehrio, Abichto, Kruegero, Steinio, Dietsch-Kallenbergio nos quoque recipimus. Haud iusto iure Cobet, Mnem. n. s. XI 301 expunxit τὰ δεῖ ποιέειν affirmans, vim sententiae inesse verbis τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ μελήσει »mecum erit iste labor« (?).

B) Μεταμέλει μοι »poenitet me«.

Quod verbum adhibet Herod. *a)* nullo subiecto addito, *b)* personaliter.

a) In hoc usu v. μεταμέλει μοι distinguenda sunt haec: α) causa poenitendi non affertur, β) causam exprimit participium.

α) III 36, 25 εἰ μὲν μεταμελήσῃ τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπιζητέῃ τὸν Κροῖσον (ibid. v. 27 cum subiecto ἢν δὲ μὴ μεταμέληται...), IV 159, 11.

β) I 130, 6 ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησέ τέ σφι ταῦτα ποιήσασι, III 140, 21 ὡς μήκοτέ τοι μεταμελήσῃ Δαρείῳ . . εὖ ποιήσαντι, IV 203, 9 μετεμέλησέ σφι οὐ σχοῦσι τὴν Κυρήνην, VII 29, 15 οὐ γάρ τοι ταῦτα ποιεῦντι ~ μεταμελήσει, VII 54, 13 εἰ μετεμέλησέ οἱ τὸν Ἑλλήσποντον μαστιγώσαντι, IX 89, 17 οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει.

b) Personaliter, VI 63, 11 καὶ τῷ Ἀρίστωνι τὸ εἰρημένον μετέμελε (cf. Pausan. III 7 § 7 τοῦτον μὲν (Ἀρίστωνα) δὴ τῶν εἰρημένων μετάνοια ἔλαβεν ὕστερον), IX 1, 5 τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδέν. Cuius generis personales constructiones propriae sunt praecipue orationi poeticae (Passow s. v. μεταμέλω).

3. Enuntiata actiones, quibus sensus nostri afficiuntur, designantia.

Pertinent huc sententiae, quas efficiunt verba: ὄζειν, ἀπόζειν, σημαίνειν, προσημαίνειν.

1. *a)* Verbum simplex ὄζειν (μέσον ῥῆμα) semel tantum sine subiecto apud Herodotum nobis occurrit significatione »iucunde olere«; accusativo in latinis locutionibus ut: olere crocum, vina sim. respondet genetivus; id, quod odorem spargit, continetur praep. ἀπό cum genet.: III 23, 8 (ἀπ' ἧς λουόμενοι λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατά περ εἰ ἐλαίου εἴη < ἡ κρήνη >).

ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡς εἰ ἴων »qui fons suave velut violas olet«. Quibus verbis describitur nihil aliud, nisi natura fontis apud Ichthyophagos; idem spectant v. 8—14. Ita hunc locum accipiunt Matthiae, Gr. gr. § 376 et interpretes Abicht, Stein. Quapropter quod Baehr (a. h. l.), Passow et Pape-Seng. (v. ὄζω) iudicant, subiectum v. ὄζειν esse τοὺς λουομένους, id eis non possumus assentiri. Krueger (in ed.) concedit quidem, posse v. ὄζειν hoc loco cum subiecto coniungi, ipse tamen videtur praeferre priorem illam explicationem. In lexico Schweighaeuseri frustra ὄζειν vocem quaesiveris!

Adnotatio. Eundem usum huius verbi exhibet Lysias 6, 1. Xenoph. Cyn. 5, 1, 7. Vulgo tamen adsciscit ὄζω subiectum personae aut rei; nonnunquam obtinent vicem verbi olendi substantiva: ὀδμή, εὐωδίη apto verbo adiuncto: Herod. III 24, 10. IV 75, 13. Cf. Od. ε 59—60. Ar. Nubb. 50.

b) ἀπόζει, III 113, 1—2 ἀπόζει δὲ τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θεσπέσιον ὡς ἡδύ. Cf. Plut. Alex. 20 ὀδώδει θεσπέσιον οἷον ὑπὸ μύρων καὶ ἀρωμάτων ὁ οἶκος. Ut hoc loco, ita saepe cum voce ὄζειν copulantur adverbia γλυκύ, κακόν, κάκιστον. Improbanda est igitur sententia Steinii (a. h. l.), qui refert praedicatum ἀπόζει ad subiectum ἡδύ »ein wundersüsser Duft« (!). Nobiscum stant Abicht et Gomperz (Her. Stud. II 591 adn. 1).

2. *a)* σημαίνει »signum (militare) datur«: VIII 11, 1 τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μὲν κτέ.

Inter omnes constat, non modo antiquos doctos viros, verum etiam recentiores grammaticos et commentatores fere uno clamare ore, verba σημαίνει, κηρύττει, σαλπίζει indoli (!) graecae linguae convenienter congruenterque iungenda esse cum substant. ὁ σαλπιγκτής, ὁ κῆρυξ sim., quod his potissimum subiectis actiones illae adscribantur et ipsa »verbalis notio de certo quodam subiecto cogitare nos cogat«; aeque igitur actiones has esse accipiendas putant, ac enuntiata οἰνοχοεύει, θύει, θηρεύει, quorum subiecta sunt ὁ οἰνοχόος, ὁ θύων, ὁ θη-

ρευτής. Vide Kannegiesser. De verb. imp p. 26*, H. Mueller. De verb. imp. p. 11 et adn. 26, Krueger. Gr. gr. 61, 4, 1. Kuehner. § 352 *b)* et eiusdem Gr. lat. II vol. § 3 b), item adnotationes Baehrii, Kruegeri, Abichti ad Herod. VIII 11 et Steinii ad VI 27, 1. Est tamen, cur ab hac interpretatione recedendum existimemus. Naturae verborum, quae dixi, illustrandae lucem quandam affert ipsa lingua latina, in qua ad similes notiones designandas inveniuntur enuntiata subiecto destituta ut: bucinavit (Seneca Contr. 7 praef. § 1 saepe, declamante illo, ter b.), bucinatum est (Varro r. r. 2, 4, 20) conf. Draegeri Hist. Synt. d. lat. Spr. I² 164. 166); sed multo magis locutionibus his recte aestimandis opitulantur linguae recentiores, quarum comparatio multum persaepe confert ad res grammaticas et graecae et latinae linguae explanandas (v. Curtius, Zur Kritik d. neuest. Sprachf., Lipsiae 1885 p. 149) quaeque in exprimendis id genus actionibus haud raro subiectum neglegunt: germ. »es trommelt, es trompetet«. slav. »v joho vuchach zadzveńiło; křičelo, že hoří; volalo, wybiło 12 godzin» sim. (Miklosich, Sub. S. p. 48). Hac ratione ducti enuntiatum ὡς ἐσήμηνε sine subiecto positum esse suspicamur (conf. Madvig, Synt. § 7 a) 5).

b) προσημαίνει (=πρὸ τούτων σημήων γίνεται cf. Her. VI 27, 3) »ante signum datur.« VI 27, 1 φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ~ ἔσεσθαι. Krueger-Poekel: »es pflegt eine Vorbedeutung einzutreten.« Cf. Thucyd. II 8, 3 ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι (schol. σημῆναι· σημεῖον εἶναι).

In verbo προσημαίνει latere notionem auctoris (ὁ θεός) contendunt Baehr, Abicht, Stein et Kuehner § 352 c, δ). Inter utramque explicationem suspensus animi est Schweighaeuser (Lex. s. v.).

---

4. Enuntiata notionem inopiae et copiae designantia.

Verba sunt haec: δεῖ, ἐνδέει, καταδέει, ἀποχρῇ.

a) δεῖ significat α) deest [1]), β) opus est. α) III 155, 16 ἤδη ὧν ἦν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ [2]), αἱρέομεν Βαβυλῶνα.

β) III 57, 15 τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρός (oraculum), III 127, 13 ἔνθα γὰρ σοφίης δεῖ, βίης ἔργον οὐδέν, IV 43, 20 περήσας δὲ θάλασσαν πολλὴν ἐν πολλοῖσι μησί, ἐπείτε τοῦ πλεῦνος αἰεὶ ἔδεε,.. ἀπέπλεε κτέ. In hoc exemplo v. ἔδεε etiam sensu »deerat« accipi potest. Accedunt: IV 134, 12 βουλῆς ἀγαθῆς δεῖ, IX 98, 7 παρασκευασάμενοι ὧν ἐς ναυμαχίην καὶ ἀποβάθρας καὶ ἄλλα ὅσων ἔδεε, vide Thucyd. VI 71, 2 τά τε ἄλλα καὶ σῖτον καὶ ὅσων δέοι παρασκευάσωνται.

b) ἐνδέει »deest« VII 18, 19—20 ποίεε δὲ οὕτω ὅκως τοῦ θεοῦ ταραδιδόντος τῶν σῶν ἐνδεήσει μηδέν »ut nulla in re auxilium tuum desit.« Cf. Herod. III 155, 16 (δεήσῃ). Ἐνδεῖ sine subiecto usurpatur saepe in prosa oratione Atticorum, cf. Plato Euthyd. p. 292 e. Xenoph. An. VII 1, 41.

c) καταδέει »deest« VIII 82, 10 δύο γὰρ δὴ νεῶν τότε κατέδει ἐς τὸν ἀριθμόν. Potes quoque interpretari »opus erat.«

---

[1]) Hanc significationem servavit δεῖ in locutionibus πολλοῦ, ὀλίγου δεῖ et in compositis ἐνδέει, καταδέει, ἐπιδέει. Recentiores viri docti non sine causa comparant verbum δεῖν, hom.-aeol. δεύω »indigeo« cum sanscr. das, dasati (inopem alicuius rei esse). Cf. Fick, Vgl. W. d. indg. Spr. I³ 108. Curtius Etym⁵. 234. Miklosich, Sub. S. p. 52.

[2]) III 155, 16. Zopyrus cepit consilium expugnandae Babylonis, quod non perimetur Dario adiuvante; ἤν... δεήσῃ igitur interpretamur: 'nisi ea, quae tuarum sunt partium, mihi defuerint.' Τῶν σῶν ita est usurpatum ut Herod. VII 18, 20. Δεῖ significationem 'opus est' si hoc loco haberet, sententiae, quae postulatur, repugnaret: 'si mihi tuo auxilio opus non fuerit!' Quapropter Steinius et Cobetus (Mnem. n s. XI 301), qui male hanc vim voci δεῖ tribuunt, emendant: ἤν μή τι τῶν σῶν ἐνδεήσῃ (cf. Herod. VII 18, 20).

Subiectum hic subaudiri non esse necesse, exempla usum verbi δέειν et ἐνδέειν illustrantia demonstrant; nolo tamen infitiari, bene etiam Kruegerum (a. h. l.) et Pape-Sengebuschium (s. v.) ex versu octavo cap. 82 subiectum τὸ ναυτικόν supplevisse, ut legimus II 7, 10 ἡ μὲν γὰρ (ὁδὸς) ἐς Πῖσαν . . . κατὰδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων. In tali quaestione absolvenda sub iudice lis erit.

d) ἀποχρᾷ = ἐξαρκέει construitur: α) semel tantum cum dativo personae et dat. participii (sine subiecto grammatico) VII 148, 25 ἀλλ' ὅμως σφίσι ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι. De simili usu huius verbi apud alios scriptores cf. R. Sharp. De inf. Herod. p. 4. β) cum inf.: I 66, 5 καὶ δή σφι οὐκέτι ἀπέχρα ἡσυχίην ἄγειν, VI 137, 20. VIII 130, 15. IX 79, 11. Acc. c. inf. III 138, 10 (omisit hoc exemplum Sharp. l. c.)

5. Enuntiata res abstractas designantia.

Numero sunt frequentissimae, de quibus nunc nobis est agendum, sententiae iisque conformandis inserviunt duo verborum genera; *A)* γίνεσθαι, ἔχειν, εἶναι. *B)* ἀποβαίνειν, ἀπικνέεσθαι, καταστῆναι, πρήσσειν, προχωρέειν, χωρέειν.

A.

1) Γίνεσθαι notione »fieri« usurpatum has init constructiones: *a)* Cum adverb. οὕτω iunctum revocat nobis in memoriam notam quandam rem; cum ὧδε copulatum praeconis instar indicat cursum actionis. In locutionibus, quibus deest subiectum: οὕτω (ὧδε) γίνεται observatur prae ceteris modus, quo res agitur. Si ratio habetur eius potissimum, quod agitur, certa desiderantur subiecta: ταῦτα, τάδε γ.; ταῦτα (τάδε) οὕτω (ὧδε) γ. Praeter hunc absolutum usum adnectitur voci γίνεσθαι persona aut res. Persona modo ponitur in dativo, modo circumscribitur casu obliquo et praepositione; res autem in hunc posteriorem modum tantum exprimitur.

Οὕτω γίνεται, ἐγένετο sim.: α) absolute I 20, 2 Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι, I 21, 2 Μιλήσιοι μέν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι, V 86, 1 Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω γενέσθαι λέγουσι, VII 10η, 7 μή νυν οὕτω γένηται (cf. v. 5—6), VII 16γ, 15 εἰ δέ τοι οὕτω δεδόκηται γίνεσθαι, ὧδε[1]) = οὕτω II 2, 28—29 ὧδε μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων ~ ἤκουον.

β) cum dat. personae III 139, 16 εἴπερ οὕτω δεῖ γενέσθαι πάντως τοι.

γ) cum casu quodam personae aut rei a praepos. pendente: I 171, 23 κατὰ μὲν δὴ Κᾶρας οὕτω Κρῆτες λέγουσι γενέσθαι. VI 67, 2 κατὰ μὲν δὴ Δημαρήτου τὴν κατάπαυσιν τῆς βασιληίης οὕτω ἐγένετο, III 26, 20 οὕτω λέγουσι γενέσθαι περὶ τῆς στρατιῆς ταύτης. Cum subiecto pronominali: IV 145, 18 δικαιότατον γὰρ εἶναι οὕτω τοῦτο γίνεσθαι, V 71, 9 ταῦτα . . . ἐγένετο, VI 26, 1 ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἐγίνετο, VI 66, 1 ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γίνεται, cf. VI 11, 2. 73, l. 90, 6. 131, l. VII 133, 11. 139, 9. 239, 26. VIII 3, 13. IX 113, 15.

Ὧδε γίνεται, ἐγένετο sim. Sine subiecto, absolute tantummodo: IV 150, 2—3 τὸ δὲ ἀπὸ τούτου (adverb.) μοῦνοι Θηραῖοι ὧδε γενέσθαι λέγουσι (v. ibid. v. 1—2), VI 134, 2—3 τὸ ἐνθεῦτεν δὲ αὐτοὶ Πάριοι γενέσθαι ὧδε λέγουσι, VIII 6, 2 ἐγένετο δὲ ὧδε κτέ. Cum subiecto pronom.: (absolute) III 74, 2 ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε, V 108, 5. VIII 90, 1. 128, 6. (cum dat. personae) II 133, 2 (φασὶ) τούτῳ τῷ βασιλέι τάδε γενέσθαι, cf. I 85, l. V 112, 6. VII 148, 5. VIII 87, 3.

---

[1]) Non raro apud Herodotum voces ὧδε, (ὅδε, τοιόσδε, τοσόσδε) ad praecedentia, οὕτω, (οὗτος, τοιοῦτος) ad subsequentia referuntur, cf. exempla optime codicum memoria servata, quae collegit Stein in adn. ad Herod. I 137, 2. Qui usus etiam apud alios scriptores obvenit. V. Krueger, Gr, gr. §. 51, 7, 3 (Kuehner § 467, 7). Nego igitur iusto iure Cobetum (Mnem. n. s. XII 81 in adn. cr. ad Herod. IV 8) in eius generis exemplis ὧδε mutare in οὕτω.

Adnotatio. In quibusdam locutionibus, quae in formulas paene apud Herodotum abierunt, invenitur personalis tantum constructio v. γίνεσθαι, velut:

VII 168, 24 = IX 113, 8 τά περ ἂν καὶ ἐγένετο, V 92^{δ}, 8 τὰ δὴ καὶ ἐγένετο, VIII 109, 26 τά περ ὧν καὶ ἐγένετο, IX 56, 6 τὰ δὴ καὶ ἐγένετο.

Vides, in his dicendi formulis constanter aoristum adhiberi, quare non dubitavimus cum plerisque editoribus eandem formam etiam V 92^{δ}, 8 e codd. s, v recipere. Stein praefert impf. ἐγίνετο, quod reliqui libri praebent.

b) Cum adverb. οἷα VIII 128, 14 τὸν δὲ βληθέντα περιέδρακε ὅμιλος, οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ »quemadmodum fieri solet in bello.«

c) Γίνεται ἐς τοσοῦτο VIII 107, 5 ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην ἐς τοσοῦτο ἐγίνετο »eo usque res processit.« Saepius cum subiecto: VIII 125, 11 ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο, v. IX 18, 18. 66, 1.

Adnotatio. Quod censet Krueger, verba ἐς τοσοῦτο (VIII 107) vice subiecti fungi et praeterea initio enuntiati VIII 107, 5 pro ταύτην μέν . . . legi posse ταῦτα μέν κτέ. ad exemplum constructionum personalium, quas supra laudavimus, id non probandum in propatulo est.

d) Γίνεταί μοι cum adverbiis; semel cum periphrasi, quam dicimus, praepositionali.

α) γ. μ. εὖ, I 132, 9 ὃ δὲ τοῖσι πᾶσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι.

β) γ. μ. κακῶς, semper de malo fatali: ἔδεε, χρῆν (= in fatis erat) γ. κακῶς: I 8, 9 χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, II 161, 7 (= IV 79) ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προφάσιος τὴν ἐγὼ ~ ἀπηγήσομαι. IX 109, 7—8 τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ (τῇ δέ per attractionem parenthesis = ἡ δέ, κακῶς γάρ οἱ κτέ.). Cum subiecto: I 9, 2 ἀρρωδέων μή τί οἱ ἐξ αὐτῶν γένηται κακόν, V

28, 4 ἤρχετο τὸ δεύτερον ~ Ἴωσι γίνεσθαι κακά, V 92[δ], 1 ἔδει δὲ . . . Κορίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν. Cf. VI 27, 2.

γ) Γίνεταί μοι cum neutro adiect. sensu adverbiali usurpato et cum participio:

α_1) γ. μ. ἄμεινον VII 169, 4—5 τὸν θεὸν ἐπειρώτεον εἴ σφι ἄμεινον τιμωρέουσι γίνεται τῇ Ἑλλάδι.

β_1) γ. μ. ἄριστον VII 148, 11 (πέμψαι θεοπρόπους . . . . ἐπειρησομένους) ὡς σφι μέλλει ἄριστον ποιέουσι γενέσθαι.

γ_1) γ. μ. ἐνθύμιον VIII 54, 8 ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν »curae ei fuit combustum delubrum.« Rara est haec locutio, v. Passow s. v. ἐνθ.

Adnotatio. Id genus locutiones subiecto privatae persaepe occurrunt apud scriptores Atticos: Thucyd I 118, 3 ἐπηρώτων τὸν θεὸν εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται, [Xenoph.] Rpbl. Laced. 8, 5 ἐπήρετο τὸν θεόν, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη τῇ Σπάρτῃ πειθομένῃ οἷς αὐτὸς ἔθηκε νόμοις. Xenoph. Vectig. 6, 2 εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ. Cf. Plato Apol. 41 B similiaque (Kuehner § 482, 9). Parvum sententiae discrimen (Kuehner § 484, 31) prae se ferunt eiusdem verbi constructiones impersonales: VI 12, 18 ἡμῖν γε κρέσσον καὶ ὅτι ὧν ἄλλο παθεῖν ἐστι, IV 97, 9 πυθόμενος πρότερον εἴ οἱ φίλον εἴη γνώμην ἀποδέκεσθαι, cf. IV 158, 10. V 124, 7. Xenoph. Anab. III 1, 7 οὐ τοῦτο πρότερον ἠρώτα, πότερον λῴον αὐτῷ εἴη πορεύεσθαι ἢ μένειν. V. adn. Fr. Haasii ad [Xen.] Rpbl. Laced. 8, 5 (ed. a. 1833). Personaliter: Herod. I 37, 14 ἀνάπεισον, ὅκως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιεόμενα. Soph. Oed. R. 1368 κρείσσων ἥσθα μήκετ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός.

δ) γ. μ. κατὰ νόον, VII 104, 25 γένοιτο μέντοι κατὰ νόον τοι, βασιλεῦ, VII 150, 12—13 ἦν γὰρ ἐμοὶ γένηται κατὰ νόον.

ε) Γίνεταί μοι (sign. praegnans) = εὖ (καλῶς) γ. μ.: VIII 60, 34—35 οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι[1]). Stein »es pflegt in Erfüllung zu gehen.«

[1]) VIII 60. Hoc tantum loco Herodoteo usurpatum est γίνεσθαι rariore sensu »prospere evenire«. Ad quam significationem pro-

Sententia est talis, qualem habes apud Sallust. Cat. 52 bene consulendo prospere omnia cedunt.

2) Γίνεσθαι significatione »esse« adhibitum init has constructiones:

a) ἐπιμελές μοι γίνεται locutio fluxum animi motum significans. VII 37, 10—11 ἰδόντι δὲ καὶ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ἐπιμελὲς ἐγένετο καὶ εἴρετο κτέ. »cum id X. animum advertisset, sollicitari coeptus est.« Non nihil mutato sensu V 12, 13 ὡς

---

bandam stabiliendamque suppetunt nobis optimamque praebent analogiam haec exempla: *a)* Frequentes sunt formulae dicendi de extis inspiciendis: τὰ ἱερὰ (σφάγια, διαβατήρια) γίγνεται οὐ γίγνεται καλά, χρηστά, sim., ut Herod. IX 61, 11 οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστά, ibid. v. 15 τῶν σφαγίων οὐ γινομένων. Thucyd. V 54, 2 ὡς δ' αὐτοῖς τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προυχώρει, V 55, 3 ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο. Saepissime apud Xenophontem, ut An. II 2, 3 ἐμοὶ θυομένῳ ἰέναι ἐπὶ βασιλέα οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Cf. adn. Steinii ad Herod. V 44, 13. Classeni ad Thucyd. V 54, 2. Kruegeri et Sintenisii ad Arrian. Anab. 4, 4, 3. Buechsenschuetzii ad Xen. Hell. 3, 1, 17. Ubi nudum ponitur γίγνεται, non debent suppleri adiect. καλά, χρηστά sim. [Non constat sibi in hac re explicanda H. Stephanus, qui Thesaur. s. v. καλλιερέω (col. 880) putat, verbum ἐγίνετο (τὰ ἱερά) aut ad καλά subintellectum referendum aut sensu 'succedere' accipiendum esse]. *b)* Ita quoque comparatum est apud Herodotum v. χωρέει, quod idem valet atque εὐτυχέως χ. (προχωρέει), ut III 42, 5 χωρήσαντος δέ οἱ τούτου et III 39, 12 πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως, cf. V 89, 13 (49, 13, VII 10β, 8. Lingua polonica similes exhibet phrases: poszło mi, idzie mi (sensu: successit, succedit mihi) adverbio 'dobrze' (bene) non expresso. *c)* συνήνεικέ μοι (conduxit m.) Herod. VIII 87, 10 τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ. Maximam vim ad verbum γίνεσθαι loco citato Herodoti sensu praegnanti usurputum habuisse videntur locutiones sub *a)* enumeratae. Qua de causa non necesse puto statuatur, verbum γίνεσθαι explicandum esse per ellipsin vocis χρηστὰ vel οἰκότα (Schweigh., Lex s. v. γίνεσθαι, Baehr); neque (τὰ) οἰκότα ante ἐθέλει (Naber, Mnem. III 483 et Abicht), neque vero εὖ ante γίνεσθαι excidit (Krueger ed. 1856; Cobet, Mnem. n. s. XII 273).

δὲ παρεζήμε ἡ γυνή, ἐπιμελὲς τῷ Δαρείῳ ἐγένετο ~ v. 16 ἐπιμελὲς δὲ ὡς οἱ ἐγένετο, τῶν δορυφόρων τινὰς πέμπει. »Mulier cum praeteriret, attentus factus est X.« Impersonaliter: II 150, 5—6 τοῦ ὀρύγματος τούτου οὐκ ὥρων τὸν χοῦν οὐδαμοῦ ἐόντα, ἐπιμελὲς γὰρ δή μοι ἦν, εἰρόμην κτέ., inf. ὁρᾶν (τὸν χοῦν) subaudito. Cf. Thucyd. I 5, 2 οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, IV 67, 2 οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι τὴν νύκτα. Personaliter, Herod. I 89, 1 Κύρῳ δὲ ἐπιμελὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε (v. adn. Abichti et Kuehneri § 364), III 40, 3 ἀλλά οἱ τοῦτ' ἦν ἐπιμελές.

b) μέγα μοι γίνεται, V 111, 15 ἦν τε γὰρ κατέλῃς ἄνδρα στρατηγόν μέγα τοι γίνεται »honori tibi erit«. De adverb. μέγα v. Herod. I 32, 23 (ibique adn. Steinii).

3) Γίνεσθαι de tempore, III 80, 1 Ἐπείτε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος καὶ ἐκτὸς[1]) πέντε ἡμερέων ἐγένετο »interiectisque plus quinque diebus«.

---

[1]) III 80, 1. ἐκτός]. Ita legimus cum cod. R et cum Schweighaeusero (Lex. s. v. ἐκτός), Baehrio, Abichto, Steinio, Cobeto (Mnem. n. s. XI 291). Quae locutio subiecto destituta insolens quidem est, adverb. enim loci ἐκτός iungitur cum notione temporali, non est tamen, cur hanc codicis memoriam impugnemus. Cf. ἑκάς de tempore apud Herod. VIII 144, 26 οὐκ ἑκὰς χρόνου παρέσται ὁ βάρβαρος. Similiter Aesch. Suppl. 597 εἰσόπιν χρόνου. Accedit, quod nonnulla adverbia loci sociantur haud raro cum substantivis abstractis, velut idem ἐκτός apud Herod. IV 133 ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίης, III 80, 12 ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων, cf. Soph. Ant. 625. Kruegeri Gr. gr. 47, 10, 4. 29 et adn. 1. Aliquot exempla, in quibus γίγνεσθαι sine subiecto temporis rationem exprimit, collegit Krueger Gr. gr. 61, 5, 6 (47, 10, 4). Altera lectio librorum ἐντὸς π. ἡ. ἐγ., quam in textum receperunt Dindorf, Lhardy, Krueger-Poekel, Dietsch-Kallenb., malum praebet sensum: »spatio quinque dierum factum est« (?!). Cf. Thucyd. 4, 39 ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, Plato Tim. 18 d. Non possum perspicere, quare (Krueger-) Poekel verba haec verterit »fünf Tage waren verflossen.« Stein refert verbum ἐγένετο ad subiectum θόρυβος »und da sie (die Un-

2. Ἔχειν.

Intr. ἔχειν cum adverbiis οὕτω, ὧδε, ὡς iunctum exprimit in universum quendam rerum statum. Aoristus huius verbi idem significat atque ἐγένετο (συνέβη). Cf. Steinii adn. ad Herod. I 71, 1. — II 28, 1 legimus: ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο. Pausan. VIII 38, 5 ἐχέτω δὲ ὡς ἔχει καὶ ὡς ἔσχεν (= ἐγένετο Herod.) ἐξ ἀρχῆς. Vide Platonis Apolog. 39 b ταῦτα μέν που ἴσως οὕτω (ἔχει) καὶ ἔδει σχεῖν. Ordinem enuntiatorum, quae huc pertinent, disponimus secundum adverbia ἔχειν voci addita:

a) οὕτω (semel ὧδε) ἔχει, εἶχε, ἔσχε — formulae dicendi seriem narrationis finientes:

α) absolute IV 134, 12 ὡς ὧν οὕτω ἤδη δοκεόντων καὶ αὐτῷ μοι ἔχειν.

β) personae aut rei ratio habetur, I 71, 1 κατὰ μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτω ἔσχε, I 91, 33 κατὰ μὲν δὴ τὴν Κροίσου τε ἀρχὴν καὶ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφὴν ἔσχε οὕτω, (ὧδε) I 22, 17 κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε ἔσχε, I 117, 23 οὕτω ἔσχε ὦ βασιλεῦ περὶ τοῦ πρήγματος τούτου, I 168, 1 Φωκαίης μέν νυν πέρι τῆς ἐν Ἰωνίῃ οὕτω ἔσχε, II 94, 1 καὶ περὶ μὲν τοὺς ἰχθύας οὕτω ἔχει, VIII 86, 2 περὶ μέν νυν τούτους οὕτω εἶχε, I 140, 14 καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη. Praecipua

---

ruhe) [quae iam consiluit, κατέστη!] über den Zeitraum von fünf Tagen hinaus war,« d. h. »da mehr als fünf Tage seitdem verflossen waren.« Equidem puto, exquisitam esse hanc explicationem, etiam loco Herod. I 6, 12 in comparationem vocato; ipseque Stein difficultatem quandam inesse dicit in eo, »dass der einmal stattgehabten Unruhe eine dauernde Existenz beigelegt wird.« Non opus est coniectura, quam proposuit H. van Herwerden: καὶ ἐκ τοῦ < χρόνος > πέντε ἡμ. ἐγ. vel καὶ ἐκ τόσ < ου χρόνος > π. ἡμ. ἐγένετο (Mnem. n. s. XII 411).

commemoratione digna est locutio: οὕτω ἔχει μοι cum gen.: VII 188, 11—13 ὅσοι μέν νυν αὐτῶν αὐξόμενον ἔμαθον τὸν ἄνεμον, καὶ τοῖσι οὕτω εἶχε ὅρμου[1]), οἱ δ' ἔφθησαν τὸν χειμῶνα ἀναστάσαντες τὰς νέας κτλ. »quibus talis erat condicio stationis navalis«.

Cum subiecto, II 26, 8 εἰ ταῦτα οὕτω εἶχε, 138, 20 τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω ἔχει, III 70, 4 ὑπώπτευον οὕτω τοῦτο ἔχειν, 155, 20 πείσας σφέας ταῦτα ἔχειν οὕτω, cf. IV 58, 5. 154, 10. 187, 1. V 13, 15. VI 31, 1. 119, 22. VII 133, 1.

---

[1]) VII 188 τοῖσι οὕτω εἶχε ὅρμου]. Ὅρμου gen. relationis, quem saepe apud Herodotum adsciscunt locutiones ὡς, εὖ, καλῶς, μετρίως ἔχειν vel ἥκειν. Quae enuntiatio insolens quidem est, alioquin enim Herodotus constanter ἔχειν vocem cum adv. et gen. relat. personaliter usurpavit, velut IX 59, 9 ὡς ποδῶν ἕκαστοι εἶχον aliaque, cum tamen talis sit memoria codd., integram eam editoribus consentientes retinemus. Eodem modo comparatus tractandusque est locus Thucydidis VII 57, 1 ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκη ἔσχεν. Ἑκάστοις et ἔσχεν habent omnes libri melioris notae, nisi quod in Vaticano (B) teste Bekkero dat. ἑκάστοις secundae manui debetur (pr. m. ἕκαστοι) [Stahl: ἕκαστοις (sec. m. ἕκαστοι) B]. Lectiones ἀνάγκη, ἀνάγκης, ἀνάγκην meri sunt errores. Cf. Stahl, ed. II, pag. XXIII et adn. Boehmii in ed. a. 1875. Nec levis est momenti adnotatio scholiastae: τῆς ξυντυχίας· ἀλλ' ὡς ἑκάστοις (φησὶ) συνέτυχεν κτέ., unde patet, hunc quoque in suo libro legisse ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ~ ἔσχεν. Tuemur itaque, sicut faciunt Bekker, Kuehner § 419, 5 partimque Boehme, constructionem Thucydideam subiecto carentem, ducti maxime auctoritate codd. analogiaque loci Herodotei, licet ut Herod., ita Thucyd. alias verbum ἔχειν cum adv. et gen. relat. personaliter construat: II 90, 4. VI 97, 3. cf. I 22, 3 Stahl, Classen, Herwerden in textu reposuerunt ὡς ἕκαστοι ~ ἔσχον id, quod iam Heilmann et Boehme proposuerant (alii legunt ὡς ἕκαστος ~ ἔσχεν). Parallelam locutionem invenimus apud Xenoph. Oec. 2, 12 οὕτω δὴ καὶ ἐμοὶ ἔχει περὶ τῆς οἰκονομίας, ubi περί cum gen. nudo gen. (relationis) respondet. Cum his constructionibus cohaerent arte, in quibus nunc offenditur, Aeschyli verba in Agam. 917 τούτων μὲν οὕτω

b) ὧδε (saepius) οὕτω ἔχει de iis, quae sequuntur: α) absolute II 25, 2 ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ δηλῶσαι, ὧδε ἔχει, IX 9, 7 οὕτω ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι. β) persona aut res respicitur, I 126, 19 ἄνδρες Πέρσαι, οὕτω ὑμῖν ἔχει κτέ. VII 161, 12 = VIII 125, 8 οὕτω ἔχει τοι, VI 1, 9 οὕτω τοι Ἰστιαῖε ἔχει κατὰ ταῦτα τὰ πρήγματα, V 52, 1 ἔχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ὧδε. Cum subiecto: II 138, 1 τὸ δ' ἱρὸν αὐτῆς ὧδε ἔχει, IV 127,

---

κτλ., sic omnibus libris tradita, quae Bernhardy, Paralip. 66 vertit »in hoc genere mihi hoc placuit«, cf. eiusdem Wiss. Synt. 140—141. Judicio Schneidew.-Hensii (ed. 1883) a. h. l. locutio illa idem significat atque τούτων μὲν ἄλις. In explicandis tamen exemplis e Platone petitis, quibus Hense innititur, discrepant inter se interpretes et grammatici — velut Leg. 646 D καὶ τῆς περὶ τὸν οἶνον ἄρα διατριβῆς ὡσαύτως διανοητέον, gen. διατριβῆς putat Kuehner § 417, 9 pendere ex subaudito περί. Cf. adn. Stallbaumii et praeterea, quod ad enuntiationem τί δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖν; adtinet, vide Kruegeri Gr. gr. 47, 3, 3. Deuschle-Cron ad Gorg. 509 D et Kuehneri § 417 adn. 11. Wohlrab ad Phaed. 78 D. Ceterum ipsi Hensio haec exempla non multum valere videntur. Mea quidem sententia locus ille hoc modo est accipiendus: τούτων μὲν οὕτω sc. ἐστί (synon. ἔχει) = »quod ad haec spectat, ita res est«. Cf. Arist. polit. I 2 § 4 ὥς περ δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἂν εἴη ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα ~ οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν, ubi gen. relat. τῶν οἰκ. pendet ex οὕτω (ἐστί). Quod Goettling (in ed. Stahri 1839) ex antecedentibus ad gen. τῶν οἰκ. explicandum supplet τὰ οἰκεῖα ὄργανα, id tum esset rectum, si Aristoteles scripsisset οὕτω καὶ ἐν τοῖς οἰκονομικοῖς. Rariorem constructionem gen. relat. ex adverbio voci εἶναι coniuncto pendentis stabiliendi causa afferre possumus. Kuehnerum § 419, 5 secuti, haec: Eurip. Hel. 1253 ὡς ἂν παρούσης οὐσίας ἕκαστος ᾖ — Ar. Pl. 246 ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πώς εἰμ' ἀεί. Habes igitur duas parallelas locutiones οὕτω (ὡς) ἔχει μοι cum gen. et οὕτω ἐστί τινος. In laudato Aeschyleo exemplo memoriam codicum recte servant R. Enger, ed. herm. 1855, Dindorf, Aesch. Agam. recog. 1873, A. Kirchhoff ed. cr. 1880, Schneidew. Hense, ed. herm. Berolini 1883. Correctionem Emperii: τοὐμὸν μὲν οὕτω in textum receperunt: Klausen-Enger (1863), Enger-Gilbert (1874) et H. Weil in ed. Aeschyl. 1884.

3 οὕτω τὸ ἐμὸν ἔχει, VII 132, 6 τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε, VII 216, 1 ἔχει δὲ ὧδε ἡ ἀτραπὸς αὕτη.

c) ὡς ἔχει »ut res se habet«: α) absolute VIII 80, 9 ἀλλά σφι σήμηνον αὐτὸς παρελθὼν ὡς ἔχει, β) personae ratio habetur II 14, 3 καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω, VI 16, 9 οὔτε προακηκοότες ὡς εἶχε περὶ τῶν Χίων. Huc spectat VII 8γ, 10—11 πυνθάνομαι γὰρ ὧδε ἔχειν, οὔτε τινὰ πόλιν ἀνδρῶν οὐδεμίαν οὔτε ἔθνος οὐδὲν ἀνθρώπων ὑπολείπεσθαι (inf epexeg.). Cf. III 118, 5—6. V 95, 11. VI 111, 4—5. Cum subiecto II 30, 13 κατὰ ταὐτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμητίχου ἦσαν. VIII 56, 2 ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν.

3. Εἶναι.

Verbum hoc, cuius significatio admodum late patet, exprimit apud Herodotum in certis quibusdam locutionibus: *a)* statum rerum, synom. ἔχειν cf. II 30, 13 κατὰ ταὐτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμητίχου ἦσαν; *b)* rationem temporis (cum adverb. πρόσω iunctum).

a) II 50, 2—3 διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἥκει πυνθανόμενος οὕτω εὑρίσκω ἐόν. III 62, 15—17 εἰ μέν νυν οἱ τεθνεῶτες ἀνεστᾶσι, προσδέκεό τοι καὶ Ἀστυάγεα τὸν Μῆδον ἐπαναστήσεσθαι· εἰ δ' ἔστι ὥς περ πρὸ τοῦ κτέ. »si ita est, ut adhuc fuit« (si mortui non resurgunt). V 22, 7 οὕτω ἔγνωσαν εἶναι (cf. v. 3—4). Impersonaliter. Unum exemplum affero, quod Heilmann et Sharp omiserunt: VII 229, 14—16 εἰ μέν νυν ἦν μοῦνον Ἀριστόδημον ἀλγήσαντα ἀπονοστῆσαι ἐς Σπάρτην, ἢ καὶ ὁμοῦ σφεων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι. Ne hilum quidem dubito insolitum usum verbi ἦν (cum acc. c. inf.), utpote fide librorum firmatum, retinere contra Steinium dicens, qui ἦν mutavit in ἦ. In tali re non video, cur antiquetur lex illa aurea Griesbachiana! Cum subiecto: I 78, 15 οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ

Σάρδις, II 28, 1 ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι κτλ., VIII 23, 6. 96, 14. Formulae narrationis finem facientes: I 93, 19 τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι = III 108, 13.

b) de tempore II 121, 27 ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Cf. Ar. Av. 1498 Πηνίκ' ἔστι τῆς ἡμέρας; Thucyd. IV 93, 1 ἤδη γὰρ καὶ τῆς ἡμέρας ὀψὲ ἦν, idem I 50, 5 ἤδη δὲ ἦν ὀψέ. Xen. An. I 8, 1 καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, (VII 3, 34 ὡς δ' ἦν ἥλιος ἐπὶ δυσμαῖς, quorum conferas) VI 4, 26 καὶ ἤδη μὲν ἀμφὶ ἡλίου δυσμὰς ἦν.

Adnotatio. In iis, quae protulimus adhuc, exemplis constructiones sine subiecto verborum γίνεσθαι, ἔχειν, εἶναι illustrantibus statuunt nonnulli interpretes et grammatici ellipsin generalis cuiusdam notionis rei aut temporis, velut τὸ πρᾶγμα, τοῦτο (ταῦτα), ἡ ἡμέρα sim. De γίνεσθαι cf. Krueger-Poekel ad Herod. VI 67, 1. ἔχειν Schweigh. Lex. s. v. (302, 5), Stein I 126, 27 (vide ibidem v. 19), εἶναι Krueger II 50. De quibus verbis in universum conferatur Krueger (Xen. An. I 8, 1 et) Gr. gr. 61, 5, 6. Kuehner § 352 c. Mentionem etiam faciemus de inconstantia quorundam hominum doctorum in hac quaestione tractanda. Ac primum Schweighaeuser ad ἔχει subiectum πρῆγμα subaudit, γίνεταί μοι κακῶς autem sine subiecto esse tacendo consentire videtur (Lex. s. v. γίνεσθαι 2) p. 133). Non necesse habeo post Bredovium aliosque de inconstantia et saepe falsa doctrina Schweighaeuseri multa verba facere. Item Stein verbo ἐγένετο (Her. VIII 6, 2. 107, 5) deesse subiectum contendit, aliter tamen explicat locum I 126, 27. Madvig, Synt. § 181 c) concedit vocem ἔχει referri posse ad subintellegendam rei notionem, alibi autem § 7 *a*) adn. 4 aperte docet, locutiones οὕτως, καλῶς ἔχει, εἶναι (de tempore) subiecto esse privatas. (Vollbrecht in adn. ad Xen. An. 4, 6, 2 ἡγεῖτο ~ αὐτοῖς ὁ κωμάρχης . . . καὶ ἤδη τε ἐν τῷ τρίτῳ σταθμῷ mirum in modum verbum ἦν aut subiecto carere aut ad nominat. κωμάρχης pertinere dicit!).

B.

Restat, ut agamus de verbis, quorum pristina significatio, quam dicimus, concreta in abstractam abiit:

1. Ἀποβαίνειν de eventu rerum semel tantum deficiente subiecto occurrit: III 82, 15 (ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται, ἐκ δὲ τῶν στασίων φόνος·) ἐκ δὲ τοῦ φόνου ἀπέβη ἐς μουναρχίην. Personaliter, VII 23, 12 ἔμελλέ σφι τοιοῦτο ἀποβήσεσθαι, VIII 4, 4 ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε, VIII 68$^{\beta}$, 2. IX 66, 10.

2. Ἀπικνέεσθαι semel sine subiecto: IV 127, 9—10 εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο (τὸ μάχεσθαι) κατὰ τάχος ἀπικνέεσθαι. Impersonaliter III 71, 3 ἐπείτε δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι.

3. Καταστῆσαι (εὖ, ἐπὶ τὸ ἄμεινον) VII 158, 12—13 ἀλλὰ εὖ γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη »res bene constituta est« Abicht. Saepius cum subiecto πρήγματα, VI 105, 11 καταστάντων σφι εὖ ἤδη τῶν πρηγμάτων, VII 132, 8 καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων. Ad illustrandam vim verbi καταστῆναι vide Herod. VII 152, 16 ἐπειδή σφι . . . κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐστήκεε »cum non prospero eventu eis esset pugnatum«.

4. Intrans. πρήσσειν, synon. ἔχειν semper in l. gr. personaliter usurpatur: Herod. III 26, 1 ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε, IV 157, 5 φάμενοι οἰκέειν τε τὴν Λιβύην καὶ οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν οἰκεῦντες, VII 18, 10. VIII 129, 20. Cf. etiam Passow. s. v. col. 1065. Memorabilem proinde, ut quae sermonis Herodotei propria sit et peculiaris, hanc constructionem v. πρήσσειν subiecto destitutam nemo negabit:

IV 156, 4—5 ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε συγκτίζουσι Βάττῳ Κυρήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πρήξειν. Confusa sunt hic duo genera loquendi, quae animo scriptoris obversabantur:

a) ἡ δὲ Π. σφι ἔχ. συγκτίζοντας ~ ἄμεινον πρήξειν

b) » » » συγκτίζουσι ~ ἄμεινον συνοίσεσθαι (γενήσεσθαι). Recte in hoc exemplo anacoluthon observarunt

Schweigh., Baehr, Krueger, Stein. Miror itaque, qua ratione Heikel, De part. apud Herod. usu p. 33 de hoc enuntiato ita scripserit: »in dativo cur dicant editores inesse anacoluthiam aut peccatum (»Versehen«) scriptoris non intellego, cum apud alios quoque scriptores talis inveniatur structura, ut Xen. An. I 21 παραγγέλλει τῷ Κλ. λαβόντι ἥκειν στράτευμα etc.«. Fugit eum, agi hic de dativo cum πρήξειν iuncto. Nihil est etiam, quod demonstrem, frustra et Reiskium ante συγκτίζουσι inseruisse εἰ et Schaeferum (ed. a. 1801) πρήξειν mutasse in παρέξειν.

5. Προχωρέειν »procedere«. Notio prosperitatis inest in vocula πρό (lat. pro). Frequentior est constructio personalis.

a) Sine subiecto, I 84, 6 μετὰ δὲ τοῦτο πειρησαμένης τῆς στρατιῆς ὡς οὐ προεχώρεε ~ ἀνὴρ Μάρδος ἐπειρᾶτο προσβαίνων. I 205, 7 ὦς οἱ δόλῳ οὐ προεχώρεε.

b) Cum subiecto, V 62, 8—10 ἐπείτε σφι (sc. Ἀλκμεωνίδας) ~ πειρωμένοισι κατὰ τὸ ἰσχυρὸν οὐ προεχώρεε κάτοδος[1]) κτέ. VIII 102, 7—8. 108, 14—15.

Adnotatio. Thucydides saepius, quam Herodotus, sine subiecto προχωρεῖν adhibuit, sed apud illum quoque constructio personalis praevalet, cf. adn. Classeni ad Thuc. I 109, 3.

---

[1]) V 62. Krueger suspicatur interpolatum esse subst. κάτοδος, rationem ducens loci I 84, ubi v. προεχώρεε sine subiecto positum est persuasitque Steinio (ed. cr. poster.) et Dietsch.-Kallenbergio, qui vocem hanc eliminant. Sed deest iusta causa suspicionis. Ab initio cap. 62 lib. V usque ad v. 8 sq. nondum plane comperimus, Alcmeonidas consilium cepisse Athenas redeundi, vocabulum igitur κάτοδος hic admodum est necessarium. Ne quem offendat bis repetita eadem sententia: ἐπείτε ~ κάτοδος (v. 8—10) et ἀλλὰ προέπταιον μεγάλως πειρώμενοι κατιέναι (v. 10), respiciat quaeso Herodoteae genus orationis fusum atque tractum. At contra I 84 iam in antecedentibus scriptor indicavit ea, ad quae verba ὡς οὐ προεχώρεε referenda sunt, cf. ibid. v. 5 (Κῦρος) προεῖπε . . ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν.

6. Χωρέειν, quod idem significat atque comp. προχωρέειν »prospere cedere«, VII 10^{β}, 8 οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε. Cum subiecto: III 42, 5 χωρήσαντος δέ οἱ τούτου, V 89, 13 καί σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. Cum adverb. V 49, 13 εὐπετέως δὲ ὑμῖν ταῦτα οἷά τε χωρέειν ἐστί, VIII 68^{β}, 5. III 39, 12 πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως.

Adnotatio. Enuntiationum, quae sub B collegimus, subiectum esse πρῆγμα (πρήγματα) sim. affirmant Herodoti interpretes. Cf. Baehr, Abicht (VII 158 κατέστη) et Schweighaeuser, Lex. s. v. ἀποβαίνειν, κατιστάναι. Quibus adstipulatur Kuehner § 352 *c)* γ. Nobiscum sentit Madvig. Synt. § 7 *a)* adn. 4 in explicando verbo προχωρεῖ (μοι).

6. Enuntiata, quae efficiunt verba μεταδοκέειν, ἀποδοκέειν.

1. Μεταδοκέειν »mutare sententiam« in activo sine subiecto: μετέδοξέ μοι, IV 98, 10 ἐπείτε οὕτω μετέδοξε (sc. ἐμοί) »quoniam in hanc partem mutavi sententiam« (Schweigh.). V 92^{δ}, 4 δείσασα δὲ μή σφι μεταδόξῃ καὶ τὸ δεύτερον λαβόντες τὸ παιδίον ἀποκτείνωσι κτέ. Absolute etiam alii scriptores vocem hanc usurpant, velut Demosth. adv. Leptinem 34 (p. 467) ἐὰν ἀκούσῃ νόμῳ τὴν ἀτέλειαν ὑμᾶς ἀφῃρημένους αὐτὸν καὶ μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτὲ ψηφισαμένους ἐξεῖναι δοῦναι »ubi audierit immunitatem sibi lege per vos ereptam et vos decrevisse ut ne si mutaretis quidem sententiam restituere liceat« (Voemel). Plut. Crass. 23 ἔπειτα μετέδοξε καὶ συναγαγὼν ἀμφίστομον ἐποίησε. Synonyma, personaliter constructa: μεταβουλεύεσθαι, μεταγινώσκειν Herod. VII 12, 8. 9. VIII 57, 13.

2. Ἀποδοκέειν sine subiecto I 172, 9—10 ἱδρυθέντων δέ σφι ἱρῶν ξεινικῶν, μετέπειτα ὡς σφι (Καυνίοις) ἀπέδοξε, ἔδοξε δὲ[1]) τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶσθαι θεοῖσι κτλ. (ἀπέδ. =

[1]) I 172 ἔδοξε δή codd. ABP, om. C. Nexus sententiarum postulat δέ pro δή id, quod iam ed. Aldina exhibet. Cobet, Mnem. n. s. XI p. 96

μετέδοξε). Impersonaliter I 152, 7—8 Δακεδαιμόνιοι δὲ οὔκως ἐσήκουον ἀλλ' ἀπέδοξέ σφι μὴ τιμωρέειν Ἴωσι »decretumque illis est auxilium Ionibus non ferre». VIII 111, 1—3 ἐπείτε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν . . . . τὰς νέκς μήτε πλέειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. Cf. Xen. An. 2, 3, 9. Hell. 7, 4, 34.

7. Constructiones sine subiecto verbi καλλιερέειν.

Καλλιερέειν transit.: secunda sacra facere, litare (v. Etym. M. s. v. καλλιέρημα) reperitur apud Xenophontem, Platonem, Theocritum, Plutarchum aliosque: Xen. Cyr. 6, 4, 12 ὡς δ' ἐκεκαλλιερήκει μὲν ὁ Κῦρος κτλ.; passiv. Xen Hell. 3, 1, 17 ὡς δὲ οὐδὲ ταῦτα (τὰ ἱερὰ) ἐκαλλιερεῖτο, πάλιν τῇ τρίτῃ (ἐθύετο), lat. hostia litatur. Cf. Thesaur. gr. l. vol. IV. (a. 1841) s. v. — Medium = activum, Xen. An. V 4, 22 ἐπεὶ ἐκαλλιερήσαντο. Insignis est usus huius verbi Herodoteus, apud eum enim activ. καλλιερέειν semper intransitive usurpatum occurrit sensu:

---

delet ἔδοξε δέ et quod inde sequitur ἀπέδοξε mutat in μετέδοξε »mutata (pristina aut vetere) sententia iis placuit« (Kuehner § 597 c. p. 1068), Sed non est, cur verba ἔδοξε δέ pro spuriis habeamus, quippe quae non solum auctoritas codd. (in C propter antecedens ἀπέδοξε facile omissa sunt), verum etiam scriptoris usus loquendi tueatur. Saepius enim apud Herodotum verba negativa excipiunt verba cofirmativa ut I 86, 35 (τὸν Κῦρον) μεταγνόντα (= μετανοήσαντα) τε καὶ ἐννώσαντα ὅτι κτέ. — VII 15, 5—6 μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων, ἔγνων δὲ ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα [Mehler, Mnem. V p. 66 verba ἔγνων δέ glossemati tribuenda esse perperam iudicat]. Vide Xen. Cyr. 5, 5, 40. Plato Gorg. p. 493 c. Conferatur etiam Herod. I 40 ὡς ὦν νενικημένος ὑπὸ σέο μεταγινώσκω μετίημί τέ σε ἰέναι (= μεταγινώσκω ἰέναι σε). Qui autem ex usitatissima locutione μετέδοξε τοῖσι κτέ. oriri potuit ἀπέδοξε ἔδοξε δέ? Ὡς σφι ἀπ. ἔδ. δέ interpretatur recte Schweigh. (vers. lat.) »deinde mutatâ sententia, postquam eis placuit«. Liberius Valla »eorum (sacrorum) postea pertaesi« et Lange »nachher aber reute es sie«.

καλλιερέει τὰ ἱρά = καλὰ τὰ ἱρὰ γίνεται »victima litat«. Forma autem καλλιερέεσθαι tantummodo in medio adhibetur significatque »μαντεύεσθαι διὰ σπλάγχνων« (= θύεσθαι). De quo usu vocis καλλ. apud Herodotum in universum vide sis adn. Steinii ad VII 113, 10.

Activum, sine subiecto: (Her.) VII 134, 6—7 μετὰ δὲ ταῦτα τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο, IX, 19, 8 ὥς σφι ἐκαλλιέρεε, τὸ πρόσω ἐπορεύοντο. IX 96, 1 Τοῖσι δὲ Ἕλλῃσι ὡς ἐκαλλιέρησε ἀνῆγον τὰς νέας. Rem, cuius causa sacrificatur, exprimit infinitivus: IX 38, 5 ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε [1]) ὥστε μάχεσθαι οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων. VI 76, 8 καὶ οὐ γὰρ ἐκαλλιέρεε [1]) οὐδαμῶς διαβαίνειν μιν (i. e. ποταμόν). Cf. lat. litatum est (Plin. N. H. 10, 75). Cum subiecto τὰ ἱρά semel tantum: IX 19, 6 καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν [2]) ἐπορεύοντο πάντες. Frequentiora sunt synonyma, subiecto tamen addito: V 44, 13 ἐπείτε οἱ τὰ ἱρὰ οὐ προεχώρεε χρηστὰ θυομένῳ, VI 112, 1 ὡς δέ σφι διετέτακτο καὶ τὰ σφάγια ἐγίνετο καλά, cf. IX 36, 3. 37, 3. 45, 10. 61, 11. 15. 62, 5. Medium καλλιερέεσθαι »sacra facere« VI 82, 9. VII 134, 10. 167, 7. IX 92, 7.

Adnotatio. Schaefer ad Lamberti Bos, De ellips. L. Gr. p. 213, Schweigh., Lex. s. v., Baehr, Abicht adn. ad Her. VI 76. VII 134 iungunt καλλιερέει cum nomine subintellegendo τὰ ἱρά.

---

[1]) IX 38, 5. Non recte Passow et Pape-Seng. hoc et sequenti loco (VI 76) referunt ἐκαλλιέρεε ad personam »er erlangte keine günstigen Zeichen«. In priore exemplo inter Persas sacra facit Hegesistratus (v. 2—3), inter Graecos. qui in castris Persarum erant, μάντις Ἱππόμαχος (v. 7). Exspectaveris igitur tum dualem vel pluralem numerum. Sine subiecto positum est ἐκαλλιέρεε etiam VI 76 ita, ut VII 134 IX 19. 38. 96.

[2]) IX 19, Krueger (1856). Stein [2]ed. cr., Dietsch-Kallenberg putant, vocem τῶν ἱρῶν esse insiticiam.

8. Constructiones subiecto privatae verbi μετεῖναι.

I 88, 13—14 οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα. I 171, 27—28 τοῦ (ἱροῦ ἀρχαίου) Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μέτεστι, ibid. v. 30 τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι, v. 32 τούτοισι δὲ οὐ μέτα (sc. ἱροῦ ἀρχαίου). V 61, 10 καί σφι ἱρά ἐστι ἐν Ἀθήνῃσι ἱδρυμένα, τῶν οὐδὲν μέτα τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι. V 94, 12—13 ἀποδεικνύντες τε λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μετεὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης ἢ οὐ καὶ σφίσι. Quod ad part. praedicat. μετεόν adtinet cf. Xen. Mem. II 6, 29 ὁρῶ δὲ καὶ σοὶ τούτων δεῆσον, ὅταν ἐπιθυμήσῃς κτέ.

Personaliter: VI 107, 20 ὁκόσον δὲ τί μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδὼν μετέχει, VII 157, 12—13 καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα ἄρχοντί γε Σικελίης κτέ.

9. Enuntiatum notionem mortis exprimens.

III 66, 3—5 μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη, ἀπήνεικε[1]) Καμβύσεα.

---

[1]) III 66, 3—5 . . ἐσάπη, ἀπήνεικε]. Haec est scriptura librorum mss., quam etiam testimonio confirmat Erotianus (in fragm. LXVI p. 21 Klein.), nisi quod hic in v. 3 μετά — 4 ἐσάπη pro ὁ μηρός legit ὁ μυελός et pro ἐσάπη, ἐνεσάπη. Lectionem ὁ μηρός comprobat Galenus ad Hippocr Aphor. p. 323 Basil.: οὕτω γοῦν μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἡρόδοτος τὸν μηρὸν εἰρηκέναι τὸν Καμβύσου σφακελίζεσθαι. Cf. quoque memoriam codd. loco Herod. VI 136, 14—15 Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος τελευτᾷ. Quae cum ita sint, iniuria Cobet (Mnem. n. s. XI 286—287) verba καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη interpolata existimat. (Particula τέ post ἐσφακ., quam Cobet cum R delet, nititur fide maioris partis librorum, quamquam scriba eam facilius omittere (τε τοῦ), quam adicere potuit. Simili errore oculorum excidit τέ post σφακελίσαντος VI 136 in PR). Ἀπήνεικε caret subiecto, quod in simili re alibi Herodotus non neglexit: VI 27, 5—6 τοὺς δὲ ~ λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεικε, v. VIII 115 et Pausan. IX 7, 3 τὸν πρεσβύτατον ~ ἀπήγαγεν ὑπολαβοῦσα νόσος φθινώδης. Quapropter viri docti varia subiecta ad ἀπήνεικε

II. Enuntiata subiecto carentia cum verbo passivo.

In sententiam veteris nescio cuius grammatici, infitias euntis verba passiva sine subiecto ut lat. curritur, currebatur, venitur sim. usitata fuisse in lingua graeca (vide Eichenfeldi et Endlicheri Anal. gramm., Vindobonae 1837 p. 167 apud Miklosichium, Sub. S. p. 61) discessit nostra aetate Krueger, Gr. gr. § 52, 3, 6 (eo praeeunte Koch, Gr. Schulgr. § 93, 1 adn. 6) dicitque ibidem, etiam in structura, qualis est ὁποτέρως ἔσται ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται (Thucyd. I 78, 2) subiecti vicem obtinere ὁποτέρως ἔσται. Quod de voce κινδυνεύεται in exemplo excitato [1]) Krueger pronuntiavit, id quidem pro certo habere

addunt, velut: ἡ νοῦσος, ταῦτα τὰ κακά Schweigh., Lex. s. v. ἀποφέρω et Baehr; ὁ μηρὸς σαπείς Krueger ²ed.; τὸ τρῶμα, ἡ νοῦσος Stein; alii (apud Abichtum a. h. l.) σφάκελος (= γάγγραινα) et σηπεδών. Cobet hanc ingreditur viam explicandi: »perinde est ac si dixisset: τὸ ὀστέον σφακελίσαν ἀπήνεικε Καμβύσεα«. Contra Dietsch et, qui eum est secutus, Abicht coniciunt ante ἀπήνεικε aliquot verba ut ἡ μοίρη ἡ ἐκ θεῶν πεπρωμένη ὑπολαβοῦσα (cf. VI 27) excidisse. Quae coniectura aeque mihi videtur improbabilis atque sententia Gebhardti, qui in Emend. Herod. I p. 7—10 exemplis Herodoteis innixus ut συνήνεικε ἀποθανεῖν (VII 17), κατέλαβε ἀποθανεῖν (III 118) locum hunc ita emendat: ἀποθανεῖν συνήνεικε Καμβύσεα. Equidem conicio, enuntiatum hoc libris mss. fideliter traditum subiecto carere censendum esse, praesertim cum analogiam praebeant recentiores linguae. Slav.: razilo go piorunem (in sermone vulgari: zmiotło, zabrało, sprzątnęło go); jak ich sudna porozbyvało j potopyło v mori, flot tureckyj roznesło po morju; положило въ dušenьku na presvêtlyj raj. Germ.: es hat mich gewürgt, es treibt ihn fort etc. (Miklosich, Sub. S. p. 49—50). Ἀπήνεικε Καμβύσεα »abstulit (nescio quid) Cambysem«. Quae locutio fortasse propria fuit cotidiani sermonis graeci, cuius vestigia procul dubio multa exstant apud Herodotum diligentique digna sunt observatione.

[1]) Non recte putat Miklosich (Sub. S. p. 61) κινδυνεύεται hoc loco sine subiecto esse usurpatum.

debemus (cf. adn. Classeni a. h. l.), sed alibi (Thuc. I 73, 2 καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελίᾳ ἐκινδυνεύετο sc. ὑφ' ἡμῶν) ἐκινδυνεύετο ad nullum subiectum esse referendum perspexerunt iam H. Bonitz (Z. f. ö. G. 1866 p. 748) et O. Riemann (Revue de phil. 1882 p. 73). Hanc Kruegeri regulam aliorumque nimis esse severam, ut ita dicam, vel inde colligi potest, sicut recte adnotavit O. Riemann l. c., quod in locutionibus explicandis, quae ipse Krueger § 61, 5, 6 attulit, magna cum difficultate et iusto artificiosius ex sententia Kruegeri subiectum subauditur. In uno tantum ex laudatis ibidem exemplis, Thucyd. I 6, 4 dico: καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται ad πέπαυται revocandus est ex antecedentibus inf: τὸ διαζώματα ἔχοντας ἀγωνίζεσθαι. Probabilius igitur faciunt, qui rationem aliarum conservantes linguarum (v. Draegeri Hist. Synt. I² § 97, Miklosich, Sub. S. 58 sq.) etiam Graecis hunc morem loquendi insitum fuisse affirmant. Usum hunc in angustissimum compulsum esse gyrum [1]) censet Kuehner § 378, 7 adn. 2; latius vero patere argumentis ex Aristotele haustis docet H. Bonitz (Z. f. ö. G. 1866 p. 748) consentitque Madvig, Synt. § 7 *b*). Quod tamen Madvig (ibid. adn. 1) asserit, adhiberi ita maximam partem verba dicendi ut λέγειν, ὁμολογεῖν et formas perfecti vel plusquamperfecti aliorum verborum dativo subiecti adiuncto, quod dicimus, logici, id non comprobatur re vera consuetudine loquendi graeca, immo numerosiora esse genera huiusmodi enuntiatorum mox videbimus. Hic autem id tantummodo non alienum existimo monere, Riemanno l. c. praeeunte, non necesse esse perfectum passivi

[1]) Veri est simile, loco Thucydideo V 49, 2 Λακεδαιμόνιοι δὲ πρέσβεις πέμψαντες ἀντέλεγον μὴ δικαίως σφῶν καταδεδικάσθαι formam καταδεδικάσθαι esse inf. medii, non passivi, exstare igitur constructionem personalem (Classen, Passow, Pape-Seng.), non subiecto destitutam, ut rem explicant Kuehner et Bétant, Lex. s. v.

sine subiecto usurpatum constanter dativum subiecti logici adsciscat, ut Madvig asseverare videtur, cf. Thuc. I 93, 3 ὑπῆρκτο (= ἡ ἀρχὴ ἐπεποίητο) δ' αὐτοῦ πρότερον κτέ., I 124, 1 νομίσαντες ἐς ἀνάγκην ἀφῖχθαι, VII 75, 6 ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο et Xen. Vectig. 1, 1.

Locutiones Herodoteas, quae huc pertinent, divisimus in duas partes: *A)* Actio aut status quidam exprimitur absolute. *B)* Subiectum logicum ponitur in nudo dativo aut in casu a praepositione suspenso. In enumerandis verbis ordinem alphabeti servamus.

A.

a) βεβούλευται, VII 10δ, 7 βεβούλευται μὲν οὐδὲν ἧσσον εὖ.

b) προελήλατο, IX 44, 3 ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο »cum multum noctis processisset«. Cf. Sallust. Jug. 21, 2, ubi plerumque noctis processit. Subiectum hic deest, ut (Her.) II 121 ὡς δὲ πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Similiter Heliodorus in Aethiop. I 14 τότε γὰρ πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη. Raro ita usurpatur v. προελήλατο, alii scriptores, ut recte observavit Valckenaer, ad eandem rem exprimendam utuntur locutionibus: πολλῆς νυκτός, περὶ μέσας νύκτας, μεσούσης νυκτός sim.

c) καίεται, II 62, 10 καὶ οὕτω οὐκ ἐν Σάι μούνῃ καίεται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον.

d) λέγεται, IV 110, 1 Σαυροματέων δὲ πέρι ὧδε λέγεται.

e) διελέλειπτο »war ein Zwischenraum gelassen« Krueger. VII 40, 5 τῇ δὲ ὑπερημίσεες ἦσαν, ἐνθαῦτα διελέλειπτο καὶ οὐ συνέμισγον οὗτοι βασιλέι. VII 41, 14 μετὰ δὲ τὴν ἵππον διελέλειπτο [1]) καὶ δύο σταδίους καὶ ἔπειτα ὁ λοιπὸς ὅμιλος ἦιε ἀναμίξ.

---

[1]) VII 41, 14 διελέλειπτο] διέλειπε PRs, διελειπέ τε ABd (διελείπτε τε C); recte correxit Schweigh : διελέλειπτο et plerisque editoribus persuasit. Plusquampf. postulat ratio syntactica (cf. ibid. v. 13 τοῖσι δὲ μυρίοισι ἐπετέτακτο ἵππος . . . cap. 40, 5. 15.). Impf. διελείπετο, quod recepit in textum Schaefer, displicet. Stein minus feliciter

f) νομίζεται, ἐνομίσθη cum adverb. modi: VII 3, 11—15 ἐπεί γε καὶ ἐν Σπάρτῃ ἔφη . . . οὕτω νομίζεσθαι ~ τοῦ ἐπιγενομένου τὴν ἔκδεξιν τῆς βασιληίης γίνεσθαι (inf. epexeg.), I 140, 14 καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη (= more receptum est). Cf. Pausan. VIII 38, 5 ἐχέτω δὲ ὡς ἔχει καὶ ὡς ἔσχεν ἐξ ἀρχῆς. Cum subiecto: Herod. II 28 ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο, III 38, οὕτω μέν νυν ταῦτα νενόμισται.

g) ἐπρήχθη, πέπρηκται (περί τινος, τινί): I 124, 8—10 τά σε καὶ πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, σέο τε αὐτοῦ πέρι ὡς ἐπρήχθη (= actum est de te), IX 111, 24 οὕτω τοι, Μασίστα, πέπρηκται »ita sane actum est de te« Baehr.

h) εἴρηται, II 34, 4—6 περὶ δὲ τοῦ ῥεύματος αὐτοῦ ~ εἴρηται.

i) ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον, VIII 74, 8 (ἀνὴρ ἀνδρὶ παραστὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θῶμα ποιεύμενοι τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην) τέλος δὲ ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον »es brach los« Krueger, »endlich wurde es bekannt« Passow. Personaliter, VI 129, 20 κατεῖχε ἑωυτόν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν.

k) συμφέρεταί μοι »evenit mihi« init has constructiones:

α) σ. μ. ἄμεινον semper in responsis oraculi:

IV 15, 16 (τὴν δὲ Πυθίην σφέας κελεύειν πείθεσθαι τῷ φάσματι) πειθομένοισι δὲ ἄμεινον συνοίσεσθαι. V 82, 6 καί σφι ἱδρυσαμένοισι (ἀγάλματα) ἄμεινον συνοίσεσθαι, V 114, 9 καί σφι ποιεῦσι ταῦτα ἄμεινον συνοίσεσθαι.

β) σ. μ. ἐπὶ τὸ ἄμεινον, VII 8α, 6—7 ἀλλὰ θεός τε οὕτω ἄγει καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πολλὰ ἐπέπουσι συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἀμεινον.

γ) σ. μ. παλιγκότως = ἡ συμφορὴ παλίγκοτός μοι γίνεται, IV 156, 1—2 μετὰ δὲ αὐτῷ τε τούτῳ καὶ . . Θηραίοισι συνεφέ-

---

Aldinam secutus legit: διέλειπε (i. e ὁ στρατὸς) καὶ δ. σ., tum enim exspectaveris: διέλειπε < ὁ στρατὸς > ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ὁμίλου, ὃς ἦμε ἀναμίξ quemadmodum scripsit Thucyd. VII 38, 3 διαλειπούσας δὲ τὰς ὁλκάδας ὅσον δύο πλέθρα ἀπ' ἀλλήλων κατέστησεν.

ρετο παλιγκότως. Locutio insolens; adv. παλιγκότως invenitur etiam apud Euripidem in fragm., quod Stobaeus Florileg. 99, 8 servavit.

Personaliter: III 10, 6 ἐν τοῖσι οὐδέν οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα συνηείχθη, IV 157, 2 οὐδὲν γάρ σφι χρηστὸν συνεφέρετο.

Adnotatio. Herodotus praecipue in eiusmodi sententiis passivo συμφέρεσθαι utitur. Rarius, semper tamen cum subiecto, occurrit apud eum activum συμφέρειν sensu »bene evenire«: VIII 87, 10 τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ, IX 37, 27 οὐ μέντοι ἔς γε τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος, VIII 88, 11 τά τε γὰρ ἄλλα ~ αὐτῇ συνήνεικε ἐς εὐτυχίην γενόμενα. Contra poetae et prosaici Attici ad similem rem designandam constanter act. συμφέρειν usurpant. Ar. Eccl. 475 ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν, Xen. An. VII 8, 4 συνεβούλευσεν οὖν αὐτῷ θύεσθαι ~, καὶ ἔφη συνοίσειν ἐπὶ τὸ βέλτιον. Cf. adn. Kruegeri ad Xen. VII 8, 4 (Gr. gr. 49, 2, 6) et Steinii ad Herod. VII 8^{α}, 7.

l) ἐτελεώθη, I 160, 6—7 παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή (ἐκιδιδόναι τὸν Πακτύην), οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως· οὐ γὰρ ἐτελεώθη.

m) τετιμώρηταί τινι, IX 79, 12—13 Λεωνίδῃ δέ, τῷ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι.

n) ἐκεχάριστο, VIII 5, 13 καὶ τοῖσι Εὐβοεῦσι ἐκεχάριστο »gratum factum est Euboeensibus« Schweigh., Lex. s. v.

o) ἐχρήσθη, VII 143, 6—7 (λέγων) οὐκ ἂν οὕτω μὲν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι.

B.

a) ἄρχεται ὑπό τινι III 97, 16 ἐς τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται.

b) βεβούλευται, βεβουλευμένα ἔσται cum dativ.: VII 10^{δ}, 8—10 ὁ δὲ βουλευσάμενος αἰσχρῶς, εἴ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο, εὕρημα εὕρηκε, ἧσσον δὲ οὐδέν οἱ κακῶς βεβούλευται »nihilo minus male ab eo consultum fuit« Schweigh., Lex. s. v. — I 112, 13—14

οὔτε ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα ἔσται. Notetur in hoc enuntiato neutr. plur. Cf. Krueger, Di. 56, 1, 2.

c) ἐξεύρηταί τινι, IV 61, 1—2 τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται. Pro ὧδε aptius esset τοιόνδε, cave tamen quicquam suspiceris.

d) νενομοθέτηταί τινι, II 41, 28 καὶ γὰρ περὶ ταῦτα οὕτω σφι νενομοθέτηται.

e) ὑπάρχει μοι πεποιημένα, V 103, 4—6 Ἴωνες δὲ τῆς Ἀθηναίων συμμαχίης στερηθέντες, οὕτω γάρ σφι ὑπῆρχε πεποιημένα ἐς Δαρεῖον, οὐδὲν δὴ ἧσσον τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον ἐσκευάζοντο. Enuntiatum hoc subiecto destitutum (οὕτω ~ πεποιημένα) idem significat atque: οὕτω γάρ σφι προτέροισι ἦν πεποιημένα ἐς Δ. De notione v. ὑπάρχειν et ποιεῖν ἐς cum accus. videas Herod. IX 78, 9—10 καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. (Ὑπάρχειν cum (superfluo) πρότεροι iungitur VI 133, 3 οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι). Huc accedit etiam VII 152, 11 οὕτω δὴ οὐκ Ἀργείοισι αἴσχιστα πεποίηται. Αἴσχιστα adverbialiter positum ut ἀβουλότατα Herod. VII 9^{3}, 2 ἐώθασι Ἕλληνες . . ἀβουλότατα πολέμους ἱστασθαι.

f) Verba dicendi: α) εἴρητο, εἴρηταί τινι V 54, 1—3 οὕτω τῷ Μιλησίῳ Ἀρισταγόρῃ εἴπαντι . . . . (acc. c. inf.) ὀρθῶς εἴρητο. VI 55, 3 ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται; εἰρημένα ἐστί cum dat. IV 32, 5—6 ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι. [Locum hunc iniuria pro spurio habuit Wolf, Prolegg. p. CLVII; cf. a. h. l. adn. Krueger.-Poekeli].

β) λέγεται, λελέχθω, III 87, 3 καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ Περσέων, II 125, 13 λελέχθω γὰρ ἡμῖν ἐπ' ἀμφότερα, κατάπερ λέγεται. Conferas Thucyd. VI 60, 2 ἐπ' ἀμφότερα γὰρ εἰκάζεται.

Adnotatio. Enuntiationes, quas dicimus, interpositae (parentheses), ut ὡς εἴρηται, ὡς λέγεται sim. non numerantur

inter locutiones subiecto privatas, cum per se integram non praebeant sententiam.

Impersonaliter: (loco subiecti est inf.) III 89, 9 εἴρητο »constitutum erat« (omisit Sharp), ceterum vide Heilmann p. 11. 34. Sharp p. 11; subiecti munere fungitur enuntiatum secundarium, velut II 61, 2—3 ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτήν, εἴρηται πρότερόν μοι, II 117, 3—5. VIII 2, 2. — V 82, 11 λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν . . οὐδαμοῦ, VII 220, l. cf. VI 118, 3. IX 81, 11—12.

g) διετέτακτο (de apparatu bellico) cum dat. pers.: VI 112, 1 Ὡς δέ σφι διετέτακτο »acie instructa«. Eidem rei exprimendae inservit personalis constructio: IX 33, 1 ὡς δὲ ἄρα πάντες οἱ ἐτετάχατο[1]) κατὰ ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα. Insigne est exemplum IX 100, 1 Ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο[2]) τοῖσι Ἕλλησι, προσήισαν κτέ. [πάντα παρ.].

---

[1]) IX 33, 1. πάντες οἱ ἐτετάχατο] maior pars librorum et editores. Omissum est πάντες in Rsv errore librarii (quemadmodum saepius in R exciderunt voculae: ἦν VII 229, 14. ἐμοί ibid. v. 16—17. ἐκ τῶν III 14, 25 aliaeque). Ad amussim fere respondet huic exemplo alterum I 80, 15 ὡς δέ οἱ πάντες διετετάχατο. Itaque cur Gomperz (Her. Stud. II 591 adn. 1) coniceret ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐτέτακτο nulla causa erat.

[2]) In scriptura librorum ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι (IX 100, 1), quam probaverunt Schweigh., Krueger (v. Di. § 30, 4, 11), Baehr, Stein, vitiosum est παρεσκευάδατο, haec enim forma verbi, quae dicitur, simplex in 3 pers. plur. sine subiecto posita repugnat legibus syntaxis graecae. Non recte comparari a Steinio pluralem adiect. eodem modo constructum (Thucyd. II 3 ἐπεὶ δὲ . . . ἑτοῖμα ἦν) apertum est, quod iam monuit Gomperz l. c.; non sufficiunt etiam ad defendendum illud παρεσκευάδατο exempla, velut βεβουλευμένα ἔσται (Herod. I 112. Cf. ibid. IV 32). Plur. partic. explicatur analogia plural. adiect., sed sensu locutionis παρεσκευασμένα ἦν nonnisi παρεσκεύαστο consueverant Graeci dicere. Quamobrem Abicht, Dietsch-Kallenberg consentiente Gomperzio in textum receperunt παρεσκεύαστο, coniecturam Reiskii et Bekkeri, legunlque (consen-

h) ἐπέσταλτο ἔκ τινος, VII 223, 3 καὶ γὰρ ἐπέσταλτο ἐξ Ἐπικλτεω οὕτω, VI 97, 9—10 καί μοι ἐκ βασιλέος ὧδε ἐπέσταλται, ἐν τῇ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι (inf. epexeg.).

Adnotatio 1. Nunc oportet in medium proferamus locutiones Herodoteas, quae ab hoc genere enuntiatorum subiecto carentium seiungendae sunt:

a) I 80, 22—23 κύτοῦ δὴ ὧν τούτου εἵνεκεν ἐσεσόφιστο ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον ᾖ τὸ ἱππικόν (agitur de dolo atque fallaciis, quibus usus est Cyrus contra Croesi equitatum). Ἐσεσόφιστο (Κῦρος) valet: astute egit (v. Eurip. Iph. A. 744 σοφίζομαι δὲ κἀπὶ τοῖσι φιλτάτοις | τέχνας πορίζω κτέ.), non: excogitavit (sc. τοῦτο), ut vocem hanc interpretatur Schweigh., Lex. s. v., Cyrus enim ipse consilium illud non iniit, sed id tantum, quod Harpagus proposuerat, perfecit (v. ibid. v. 8 Κῦρος ~ ἐποίησε Ἁρπάγου ὑποθεμένου . . τοιόνδε). Illasigni ficatione simul hoc consequimur, ut in cap. 80 v. 9—23 omnes actiones ad Cyrum, qui est velut cardo totius narrationis, referantur. Quae cum ita sint, ne veri quidem similis videtur mihi esse interpretatio Steinii »es (?) war ausgeklügelt«.

---

tiente Gomperzio et Gemollio, Wochenschr. für kl. Phil. 1887. No. 24, col. 741) ὡς δὲ ἄρα παρεσκεύαστο τοῖσι Ἕλλησι prorsus convenienter usui loquendi graeco (v. Thuc. I 48, 1 ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύαστο τοῖς Κορινθίοις, III 22, 1. 107, 4. IV 67, 1. VII 75, 1). Hanc tamen mutationem improbandam esse persuasum habeo. Nam si re vera, ut suspicatur Gomperz, glossema παρεσκευάδατο in textum insertum effecit, ut vestigium pristinae constructionis subiecto privatae deleretur, quo pacto, quaeso, dativus τοῖσι Ἕλλησι non mutatus est in nomin. οἱ Ἕλληνες ita, ut scriberetur ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο οἱ Ἕλληνες? Reponendum opinor ὡς δὲ ἄρα < πάντα > παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι. Facile librarius ab ἄρα neglecto πάντα ad παρεσ. oculis aberrare potuit. Cf. Herod. IV 83, 8. Thucyd. III 102, 1 (πάντα παρεσκεύαστο). Haec quoque ratio emendandi Reiskio in mentem venit.

b) I 185, 25 sq. ἐπείτε δέ οἱ ὀρώρυκτο, λίθους ἀγαγομένη κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν (sc. λίμνην) ἤλασε. Ex v. 20 ὤρυσσε ἕλυτρον λίμνῃ revocandum est ad ὀρώρυκτο subiectum ἕλυτρον λίμνῃ. Minus feliciter conicit Krueger (a. h. l.) ὀρώρυκτο posse sine subiecto accipi.

c) In enuntiato I 118, 3—6 (Ἀστυάγης) πρῶτα μέν, κατά περ ἤκουσε αὐτὸς πρὸς τοῦ βουκόλου τὸ πρῆγμα, πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρπάγῳ, μετὰ δέ, ὡς οἱ ἐπαλιλλόγητο, κατέβαινε λέγων κτέ. iungendum est ἐπαλιλλόγητο cum subintellecto subi. πρῆγμα. Cf. Herod. I 90, 12 Κροῖσος δέ οἱ ἐπαλιλλόγησε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ διάνοιαν.

d) III 46, 8 οἱ δέ (Σπαρτιᾶται) σφι (Σαμίοισι) ὑπεκρίναντο τῷ θυλάκῳ περιεργάσθαι. Inf. medii περιεργάσθαι pertinet ad subiectum »Samii«. Vide Herod. II 15, 15 τί περιεργάζοντο δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι, Aelian. V. H. 4, 11 Σωκράτης περιειργάσθαι καὶ τῷ οἰκιδίῳ καὶ τῷ σκιμποδίῳ κτέ. Moneo id, ne quis, interpretationibus L. Vallae et Abichti ductus, inf. περιεργάσθαι sensu passivo sine subiecto esse usurpatum existimet. Ille enim vertit: »Quibus iidem responderunt panario curiose actum fuisse«, hic »dass auch mit dem Sacke etwas überflüssiges . . von ihnen getan sei«.

e) IV 25, 1 μέχρι μὲν δὴ τούτων γινώσκεται κτέ. Krueger-Poekel sine subiecto esse γινώσκεται statuit »findet Bekanntschaft statt«. Assentior potius Baehrio, Abichto Steinioque, qui ad γινώσκεται subaudiunt subi. ἡ χώρη ex cap. 24, 2 πολλὴ περιφανείη τῆς χώρης ἐστί (= περιφανὴς ἡ χώρη ἐστί). Haud flocci pendenda est constructio personalis eiusdem vocis γινώσκεται ibid. cap. 25 v. 8. 10. 11. Similiter perf. πέπαυται (Thuc. I 6, 4 διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται), quod Poekel ad stabiliendum usum v. γινώσκεται in comparationem vocat, accuratius definitur subaudito inf. τὸ διαζώματα ἔχοντας ἀγωνίζεσθαι.

Adnotatio 2. Reliquum est, ut demonstremus, quae sit opinio interpretum Herodoti de verbis passivis sine subiecto positis. Krueger omnia, quae enumeravimus, praedicata ad quoddam subiectum, velut διετέτακτο (VI 112) ad στρατόπεδον pertinere docet (v. eiusdem Gr. gr. § 61, 5, 6). Non aliam explicandi viam ingressi sunt Schweigh. et Baehr (VIII 74, 8 ἐξερράγη sc. τὸ πρᾶγμα). In contrariam maxima ex parte sententiam ierunt Abicht et Stein, videas eorum adn. ad Herod. VII 40. IX 44.

III.

Ad novum transeamus enutiationum genus, quibus grammatici et commentatores minime adhuc animum adverterunt, ea dico

Enuntiata subiecto carentia, quae nomine et v. esse continentur.

Praedicatum est neutrum adiectivi in nominativo modo singularis interdum pluralis numeri positum, copula verbum substantivum. Adiectivum neutr. gen. designat aut naturam loci aut notionem quandam abstractam. Exempla, quae hoc loco ad rem illustrandam ex soluta tantum oratione Atticorum afferre nobis liceat, dividuntur in duas partes: *A)* De loco, α) nom. sing. Thucyd. IV 115, 2 ᾗ ~ ᾗν ἐπιμαχώτατον »in quam potissimum partem impetus fieri poterat«; VI 66, 2 ᾗ εὐεφοδώτατον ᾗν τοῖς πολεμίοις [mss. ἐφοδώτατον, εὐοδώτατον Bekker], VI 101, 3 ᾗ πηλώδες ᾗν καὶ στεριφώτατον, VII 84, 4 ᾗν δὲ κρημνώδες, quod optime verteris polonice »było stromo«, germ. »es war steil«. Xen. An. 3, 4, 20 καὶ εὐεπίβατον ᾗν ἐνταῦθα τοῖς πολεμίοις »in quem locum hostibus proclive erat invadere«, 4, 3, 12 οὐδὲ γὰρ τοῖς πολεμίοις ἱππεῦσι προσβατὸν εἶναι κατὰ τοῦτο. β) nom. plural. Xen. An. 3, 4, 49 ἕως μὲν βάσιμα ᾖν, ἐπὶ τοῦ ἵππου ἦγεν, ἐπεὶ δὲ ἄβατα ᾖν ~ ἔσπευδε πεζῇ;

4, 6, 17 ὥστε, ἐάνπερ ἅπαξ λάβωμέν τι τοῦ ὄρους, βατὰ καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἔσται. *B)* De rebus abstractis, α) nom. sing. Plato Civit. 5, 463 d. οὔτε πρὸς θεῶν οὔτε πρὸς ἀνθρώπων αὐτῷ ἄμεινον ἔσται, β) nom. plur. Thucyd. II 3, 4 ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν = II 56, 1. 98, 1. VII 50, 4. Polon. »gdy się przygotowano«. Idem V 8, 2 δεδιὼς τὴν αὐτοῦ παρασκευὴν καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους εἶναι, οὐ τῷ πλήθει (ἀντίπαλα γάρ πως ἦν) »es fand Gleichhalt statt«. Boehme. Omnium, quae supra citavimus, exemplorum ea est ratio, ut ubique, quamvis nullum subaudieris subiectum, tamen plena integraque evadat sententia; quam explicationem probant passim in commentariis Boehme (Thucyd. I 7. V 8, 2), Rehdanz (Xen. An. 4, 3, 12), praecipue Classen (Thucyd. I 7. VI 101, 3. VII 84, 4) et Madvig, Synt. § 7 *b)* adn. 2. Attamen etiamnunc praevalet doctorum opinio, qui arbitrantur, huius generis adiect. neutra substantivorum munere fungi vicemque subiecti in priore eorum parte *A)* α et β notionem loci, in posteriore autem *B)* α et β generalem quandam rei notionem obtinere. Cf. adn. Kruegeri et Boehmii ad Thucyd. I 63, 2. Bétant, Lex. Thucyd. s. v. κρημνώδης. Vollbrecht ad Xen. An. 4, 6, 17. Krueger (Lex. Xenophonteae Anab. 1872 col. 207 s. v. προσβατός et) Gr. gr. 43, 4, 13. 61,5, 6. Kuehner § 366. Hanc explicationem improbandam esse facile persuadebunt ex ipsa indole gr. linguae interpretanti duae, ni fallor gravissimae proprietates syntaxis: *α)* casus, qui dicuntur, absoluti similium neutr. adiect., velut Thucyd. I 7 καὶ ἤδη πλοϊμωτέρων ὄντων, IV 20, 2 ἔτι ἀκρίτων ὄντων, I 2, 6 παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ἂν ἀνεχώρουν (ubi se in tuto futuros confidebant; scholiasta: ὡς βεβαίας οὔσης τῆς οἰκήσεως), similiter Thucyd. VII 25, 9 ὡς ~ διαπεπολεμησόμενον. Idem usus casuum absolutorum (v. εὖ παρασχόν Herod. I 120. παρέχον . . . ἄρχειν ibid. V 49 etc.) luculentissimum mea quidem sententia impertit testimonium impersonali constructioni verb. παρέχει sim. ita, ut qui auctoribus antiquis

grammaticis (Cobet, Mnem. n. s. XI 288) recentioribusque ut Kuehnero § 352 voces has impersonales ad subiectum δαίμων, ὁ θεός, ὁ καιρός referant, manifesto legibus syntaxis repugnent; *b)* adiect. verbalia in neutro plural. sine subiecto usurpata (Thuc. I 72, 1 ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, 79, 2 πολεμητέα εἶναι (= VI 50, 5), VI 25, 2 πλευστέα εἶναι aliaque, cf. etiam impers. ἀδύνατά ἐστι Herod. I 91, 4; οἷά ἐστι Herod. I 194, 24) impellunt nos, ut in locutionibus potissimum velut βατά ἐστι Xen. An. 4, 6, 17 (»wegsame Strecken«! Vollbrecht) de ullo subiecto subaudiendo non cogitemus. Optima vero propriaque lux naturae horum enuntiatorum affulget ex simili genere dicendi recentiorum linguarum. Velut in slavicis frequentes sunt phrases subiectum non exhibentes, quarum copula est v. esse, praedicatum nom. sing. gen. neutr. adiectivi, quod ad exemplum substantivorum flectitur abitque in vim adverbii: Na lêvi strani je manj skalovito. Tak pusto v seli; i chołodno i hołodno i do domu dałeko. Na dvorê bylo žarko. Mračno. Užъ pozdno. Dnes je pošmourno a teplo; tam jest plytko. Głucho wszędzie, ciemno wszędzie. Tak pusto, niemo i w lewo i w prawo. Ciepło (jest), gorąco. Już ciemno. Będzie w nocy ślizko. Straszno. Germ.: Da ist es so duftig und warm. Nirgends war's geheuer. So kalt und frisch es ist. Es ist so still und dunkel. Zum Bühl ist's noch trocken. (Vide Miklosich, Sub. S. p. 64—66). Omnibus, quae adhuc diximus, perpensis ratio syntactica neutr. adiect. graeci in enuntiationibus subiecto privatis hoc modo definiri potest: Nominativus sing. adiect. neutrius gen., si sensu praedicati cum verbo substantivo sociatur, habet vim adverbii aeque ac in linguis slavicis et germ. efficitque locutiones subiecto destitutas; proprius autem et peculiaris est sermonis graeci nominativus plural. neutr. adiect. eadem significatione, qua nom. sign. adhibitus. Contra idem neutrum adiect. tum, cum sensu praedicati non

usurpatur (exceptis casibus absolutis), loco substantivi poni potest, quo factum puto, ut homines docti etiam in neutro adiect. praedicati munere fungenti latere vim substantivi statuant.

Exempla, quae huc spectant, Herodotea dividimus in 3 partes: *A*) Enuntiata, quibus describitur natura loci, *B*) Enuntiata, quae expirimunt res abstractas, *C*) Adiectiva verbalia neutra, quae hic tractamus propterea, quod forma prorsus ad vera accedunt adiectiva. *D*) ἄλις ἐστίν cum genetivo.

A.

1) ἀσφαλέστατόν ἐστι, VII 128, 9 ταύτῃ γὰρ ἀσφαλέστατον ἐπυνθάνετο εἶναι »nam hac tutissime esse audiebat«.

2) ἐρημότατόν ἐστι IX 118, 6 ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. Gen. τῶν πολ. pendet ex ἐρημότατον. Cf. slav.: v chlivći połno oveć, mało tam ludzi sim.

3) εὐρύτατόν ἐστι, VII 199, 3 ταύτῃ δὲ καὶ εὐρύτατόν ἐστι πάσης τῆς χώρης ταύτης. IV 86, 10 κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον. De gen. τοῦ Πόντου cf. Herod. I 84, 9 κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος, similiter ibid. v.20, vide I 185, 31. VII 217, 6.

4) θηριωδέστατόν ἐστι, I 111, 19 (ἐκέλευε) τὸ παιδίον. . . θεῖναι ἔνθα θηριωδέστατον εἴη τῶν ὀρέων »iussit exponi in hac parte montium, qua praecipue affatim esset bestiarum«.

5) στεινότατόν ἐστι II 8, 18—19 τῶν δὲ ὀρέων τῶν εἰρημένων τὸ μεταξὺ πεδιὰς μὲν γῆ, στάδιοι δὲ μάλιστα ἐδόκεόν μοι εἶναι, τῇ στεινότατόν ἐστι, διηκοσίων οὐ πλέους κτέ. »ubi est angustissime«. Potuit Herodotus dicere et »τῇ στεινοτάτη ἐστὶ (πεδιὰς γῆ)«, ut re vera L. Valla vertit »horum quos dixi montium medium campestris est terra, ~ qua parte arctissima est etc. Sed defectus subiecti efficit, ut adiectivum in neutro latissime

pateat, qua re locutio sine subiecto differt a personali constructione (»Die Unbestimmtheit des Subjects giebt dem Adjectiv den freiesten Umfang« Classen, Thuc. I 7 s. v. πλοϊμωτέρων) Accedit VII 200, 4 κατὰ δὲ τὸν Φοίνικα ποταμὸν στεινότατόν ἐστι κτέ.

Στεινότατον cum articulo τό Herod. VII 176, 8 οὐ μέντοι κατὰ τοῦτό γε ἐστὶ τὸ στ. τῆς χώρης, VII 216, 8 τῇ καὶ τὸ στεινότατόν ἐστι. Iniuria Krueger articulum τό delet.

6) συντομώτατόν ἐστι, IV 183, 6 συντομώτατον δ' ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους Cf. Cicero p. Flacco 29 l o n g e omnino a Tiberi ad Caicum; idem »quam l o n g e est hinc in saltum vestrum Gallicanum?« VII 121, 6 ταύτῃ γὰρ ἐπυνθάνετο συντομώτατον εἶναι.

7) χερσονησοειδές ἐστι, VII 22, 11 τῇ δὲ τελευτᾷ ἐς τὴν ἤπειρον τὸ ὄρος, χερσονησοειδές τε ἐστί »ubi regio praebet speciem paeninsulae«, polonice, »jest tam podobnie do półwyspu«.

8) ἐπίμαχον, ἐπιμαχώτατόν ἐστι, VI 133, 15 τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος »in quam potissimum partem muri impetum fieri posse apparebat«. IX 21, 2 Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες τῇ τε[1]) ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός καὶ πρόσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. I 84, 15—18 ὁ δὲ Μήλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος (16 v.) περιενείκας, τῇ ἦν ἐπίμαχον [τὸ χωρίον][1]) τῆς ἀκροπόλιος, (17 v.) κατηλόγησε τοῦτο (v. 12) ὡς ἐὸν ἅμα-

[1]) IX 21, 2 τῇ τε] ἐπ. ἦν κτέ. Τῇ non ᾗ (codd.) postulat Herodoti dialectos. Scriptura τῇ τε ἐπ. a Bekkero, Dindorfio, Steinio, Dietsch-Kallenb. probata nititur fide cod. R et consuetudine dicendi scriptoris, v. VI 133, 15. I 84, 16. (Thucyd. IV 115, 2); accedit, quod part. τέ aptissima est propter subsequens καί in enuntiato καὶ πρόσοδος κτλ. Articulum τό (τῇ τὸ ἐπ.) ex aliis codd. receperunt Schweigh., Baehr, Struve (Quaest. de dial. Herod. in Opuscul. sel. vol. II p. 297). Abicht in ed. herm. (1882 a.) legit: τῇ τε τὸ ἐπ.

[1]) I 84 Substantivum τὸ χωρίον subditivum esse probabiliter iam Krueger in adn. a. h. l. demonstravit.

χόν τε καὶ ἀπότομον · (18 v.) ἔστι δὲ πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος. (Gen. τῆς πόλιος suspensus est ex τοῦτο, quod ex v. 17 (κατηλόγησε τοῦτο) commodissime suppletur, sententia enim ἔστι δὲ κτέ. (v. 18) accuratius definit obiectum τοῦτο (v. 17) Si gen. τῆς πόλιος a τετραμμένον (subst.) regeretur id, quod Stein probat, non satis perspicuus esset nostro iudicio nexus harum enuntiationum). Sequuntur duo memorabilia exempla, de quibus consulto separatim agendum existimo.

9) II 158, 17 τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον ἐκ τῆς βορηίης θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὴν νοτίην κτέ.

I 104, 1—6 ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης . . ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν καὶ ἐς Κόλχους τριήκοντα ἡμερέων ὁδός, ἐκ δὲ τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικήν, ἀλλὰ ἓν τὸ διὰ μέσου ἔθνος αὐτῶν ἐστι . τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι εἶναι ἐν τῇ Μηδικῇ. Quibuscum si comparaveris Herod. IV 183, 6 συντομώτατον δ' ἐστὶ ἐς τοὺς Λωτοφάγους — Slav.: »čy sucho do neho zajty« et »i do domu dałeko«; »daleko do ciebie iść« et »daleko do ciebie«, vides infinitivum in his locutionibus non esse subiectum (ut opinantur Krueger a. h. l. (Gr. 50, 6, 3), Sharp p. 17. 18. Heilmann. p. 9), neutra enim adiect. ἐλάχιστον, συντομώτατον, πολλόν per se claram integramque praebent sententiam ita, ut in utroque exemplo inf. ὑπερβῆναι deesse possit, ut re vera legimus Herod. IV 183, 6. — II 158, 17 „qua brevissime est et compendiosissime a mari septentrionali ad australe« (quod ad transitum adtinet): I 104, »e Colchide non longe est in Mediam« (quod etc). Inf. εἶναι (I 104, 6) pendet ex adverbio »facile«, cuius notio in locutione οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι latet (constructio πρὸς τὸ σημαινόμενον). Stein confert Her. V 17. 6—11. Minus veri simile mihi videtur id, quod Baehr, Krueger, Abicht, Heilmann p. 9 affirmant, verbum ἔστι, a quo caput 104 incipit, sensu ἔξεστι repetitum ad inf. εἶναι usurpandum vim habuisse.

Adnotatio 1. Genetivi τῶν ὁρέων, τοῦ τείχεος, τῆς χώρης etc. in allatis exemplis (excepto IX 118, 6) pendent ex adverbiis loci: ἔνθα, τῇ, ταύτῃ etc. Ita genetivos hos constanter accipiunt Krueger et Abicht. Cui explicationi adsentitur Stein, velut II 172 (cf. VIII 49), alibi vero sibi non constat: VI 133, 14 coniungit τῇ τοῦ τείχεος — eundem genetivum in adn. ad I 84, 16 ab ἐπίμαχον regi dicit, ut ibid. ἐπίμαχον τῆς ἀκροπόλιος. Vide sis in universum Kuehneri § 414. 5 *c*).

Adnotatio 2. Non pertinent ad id genus enuntiatorum haec exemplа: II 172, 11 (τοῦτον κατ' ὧν κόψας ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο) καὶ ἵδρυσε τῆς πόλιος ὅκου ἦν ἐπιτηδεότατον. VII 25, 6 ἀναπυθόμενος δὲ τοὺς χώρους καταβάλλειν ἐκέλευε, (sc. σιτία) ἵνα ἐπιτηδεότατον εἴη. Utrumque ἐπιτηδεότατον praedicatum censendum est subauditi inf. ἱδρῦσαι (II 172), καταβάλλειν (VII 25) Cf. VIII 49, 4 ὅκου δοκέοι ἐπιτηδεότατον εἶναι ναυμαχίην ποιέεσθαι, IX 27, 36 ἵνα δοκέει ἐπιτηδεότατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι. Steinii sententia ἐπιτηδεότατον II 172 et VII 25 significat »die passendste Stelle»; quae interpretatio num vera sit, apparet ex IX 27, ubi si idem adiect. ex mente Steinii explicaretur, insolens esset constructio acc. cum inf. post substant. locale!

Adnotatio 3. Commentatores Herodoti: Baehr (IV 183) Krueger, Abicht (I 111. IV 86. VI 133), Stein (IV 86, 10), item Schweighaeuser, Lex. s. v. σύντομος (VII 121) omnia, quae adhuc enumeravimus, adiectiva in neutro posita vim habere substantivorum localium persuasum sibi habent.

B.

1) τῇ ἀληθές ἐστι, VII 139, 3 ὅμως δὲ τῇ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἀληθὲς οὐκ ἐπισχήσω (sc. γνώμην ἀποδέξασθαι) »at tamen qua mihi videtur esse verum non inhibebo« Valla.

2) ἄμεινόν μοί ἐστι, III 72, 26 ὃς ἂν μέν νυν τῶν πυλουρῶν ἑκὼν παρῇ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔστω.

3) ἄρθμιά μοί ἐστιν ἔς τινα, VI 83, 6 τέως μὲν δή σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους »aliquamdiu quidem igitur fuit inter eis mutua benevolentia« Valla. Eodem sensu:

4) φίλα ἐστί μοι πρός τινα III 49, 2 εἰ μέν νυν . . τοῖσι Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους [Maior pars mss. et editor.: φίλα; φίλια R, Bekker. Cf. Bredov, de dial. Herod. p. 67].

5) βιώσιμον, βιώσιμά μοί ἐστιν, I 45, 7 (λέγων) οὐδέ οἱ εἴη βιώσιμον »sibi vivendum non esse.« Idem significat plural. III 109, 2—3 οἱ ἐν Ἀραβίοισι ὑπόπτεροι ὄφιες εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι »non esset quod viverent homines (nam omnes interirent). Ab hac sententia non multum adhorret interpretatio Kruegeri »so könnten die Menschen ihr Leben nicht retten«.

6) γελοῖόν ἐστιν, VIII 25, 8 καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν »etenim erat res profecto etiam ridicula« Valla. Polonice: »bo też i tam śmiesznie było«.

7) ὅμοιόν μοί ἐστιν, VIII 80, 11 ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὅμοιον ἡμῖν ἔσται »de nihilo nobis curae erit.«

8) προσφερέστερόν ἐστι = ἄμεινόν ἐστι, V 111, 12 ὡς μέντοι ἔμοιγε δοκέει εἶναι τοῖσι σοῖσι πρήγμασι προσφερέστερον,[1]) φράσω.

---

[1]) V 111, 12 προσφερέστερον] codd. et editores; formam προφερέστερον ineptam propter significationem e cod. s recepit in textum Schaefer (a. 1801). Προσφερέστερον formatum est a προσφερής = »propius ad aliquid accedens, similis« — non a πρόσφορος = utilis (quemadmodum interpretatur Krueger, Di. § 23, 2, 3 et, quamquam dubius, Stein a. h. l.), cuius adiect. comparativs est προσφορέστερον, ut σπουδαιέστερος, ἐυνοέστερος (Herod. I 8. V 24). Testimonium Photii, Lex. p. 463, 11 προσφερέστερον· βέλτιον a Steinio dissentiens confirmare puto non anomalum comparativum, sed solitariam significationem adiect. προσφερής. Atque significatio haec, quam loco Herodoteo sententia postulat, potest quodammodo explicari et defendi: προσφερέστερόν τι τοῖσι πρήγμασί μου valet »aliquid proprius est res meas, non nimis longe ab iis abest«, quod idem est atque »aliquid favet, utile est meis rebus«. Accedit illud etiam, quod adiect.

C.

1. Adiectiva verbalia in — τός (lat. — bilis) exeuntia:

a) διαβατόν, IV 195, 2—3 λέγουσι κέεσθαι νῆσον . . . . . μῆκος μὲν διηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινήν, διαβατὸν ἐκ τῆς ἠπείρου. Brevitatem dicendi in διαβατόν esse pro ἐς τὴν δ. animadverit Stein. Herwerden (Mnemos n. s. XII 431) suspicatur ante διαβατόν neglectas esse a librario voculas ἐς τήν. Ego nihil mutandum existimo, praesertim cum reputem, compendiosum genus dicendi in locorum descriptionibus non esse insolens (cf. Xen. An. 4, 8, 9 ἐντεῦθεν ἦν ὄρος μέγα, προσβατὸν δέ·).

b) ἐπιβατόν IV 62, 7 τὰ μὲν τρία τῶν κώλων ἐστὶ ἀπότομα, κατὰ δὲ τὸ ἓν ἐπιβατόν »tria latera praerupta sunt, quartum acclive, per quod adscendatur« Valla.

Annotatio. II 138, 10—11 τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένου ὡς ἀρχῆθεν ἐποιήθη, ἔσοπτόν ἐστι. Ἔσοπτον (conspicum) sc. τὸ ἱρόν (cf. v. 8 τὸ ἱρὸν καταρᾶται πάντοθεν περιόντι) Ex versione, Baehrii »patet conspectus« et Kruegeri »man kann hinschauen« colligas ἔσοπτον sine subiecto esse adhibitum id, quod prorsus est falsum.

2. Adiectiva verbalia in — τέος cadentia. Ex rationibus syntacticis harum formarum unam tantum hoc loco commemorari volo. Si neutrum (nominis) obiectum est actionis expressae per neutr. adiect. verbalis ex verbo transitivo formatitum quaestio exoritur, utrum constructio subiecto privata an

---

πρόσφορος eodem modo usurpatum est sensu „similis« = προσφερής apud Eur. Phoen. 129 οὐχὶ πρόσφορος | ἀμερίῳ γέννᾳ, Plut. Alc. 23. Praeter hoc exemplum semper utitur Herodotus significatione »utilis" adiectivo πρόσφορος (IV 14, 3. VII 20, 3). Stein et Abicht coniciunt, pristinam lectionem fuisse προσφορέστερον eamque posteriores (iudicio Steinii) propter subsequens προσφέρεσθαι v. 14 mutavisse.

personalis sit statueuda. Struve, qui in haec adiectiva accuratius inquirebat, negat illam quaestionem absolvi posse, cum dicat: »utrum casum in δ ἐπαινετέον ἐστίν agnoscas, nunquam diiudicabis« (Opuscula II 266*). Neque semper rem dubiam decernere mihi videtur ratio, quae grammaticorum consensu (Krueger § 56, 18. Kuehner § 427) lex in hac re explicanda esse dicitur, quia saepe id ambigitur, necessitasne agendi an obiectum actionis magis urgeatur. Dubia itaque exempla seorsum afferentur.

a) Neutr. singularis.

α) Sine subiecto, προοπτέον ἐστί, I 120, 31 οὕτω ὧν πάντως ἡμῖν σέο καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστί. Τιμωρητέον ἐστί, VII 168, 9 (v. 6 ὡς οὔ σφι περιοπτέη ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη ~) ἀλλὰ τιμωρητέον εἴη ἐς τὸ δυνατώτατον.

β) Impersonaliter, VIII 108, 24 ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν.

γ) Personaliter, μαθητέον VII 16γ, 13 τοῦτο ἤδη μαθητέον ἔσται (urgetur τοῦτο v. 10—12); περιοπτέον V 39, 9 ἡμῖν τοῦτ' ἐστὶ οὐ περιοπτέον, γένος τὸ Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον. Ποιητέον VIII 40, 6 πρὸς δὲ καὶ (ἵνα) βουλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. IX 60, 9.

b) Neutr. pluralis.

α) Sine subiecto. Quae constructio praeter Herodotum propria est potissimum Thucydidis et poetarum scaenicorum. ἀκουστέα III 61, 17 ὡς Σμέρδιος . . ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ. δοτέα VIII 111, 9 οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα.

προσλογιστέα VII 185, 2 τὸ δὲ δὴ . . . . στράτευμα ἔτι προσλογιστέα τούτῳ. ποιητέα VII 8δ, 5 ποιητέα μέν νυν ταῦτά ἐστι οὕτω, VIII 142, 23 τούτῳ μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστί· ~ ὑμῖν δὲ οὐ ποιητέα. ἐπιτρεπτέα IX 58, 21 νῦν δὲ ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστί.

β) Personaliter, VII 15, 6 ἔγνων δὲ ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα, VIII 19, 8.

Exempla dubia. I 191, 2 εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε, VIII 101, 7 ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μούνη νοέουσα τὰ ποιητέα ἦν.

Adnotatio. Collocatio pronominum (quae actionis obiectum exprimunt) ante adiect. verb. in personalibus constructionibus non potest haberi pro insigni harum locutionum. Cf. enuntiatum sine subiecto VIII 142.

D.

Ἄλις ἐστί τινος, IX 27, 25 παλαιῶν μέν νυν ἔργων ἄλις ἔστω. Cf. Aesch. Ag. 1633 εἰ δ' ἐτ' οὐ μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἄλις κτέ. Linguae slavicae utuntur in similibus locutionibus aut meris adverbiis: dosyć już tego, aut neutris adiect. sensu adverbiali adhibitis: po vší rovině plno koní; wszędy pełno ciebie, mnogo ludzi etc.

IV.

Participia destituta subiecto in casibus, qui dicuntur, absolutis, genetivo et accusativo, posita.

Participia, quae vulgo appellantur, absoluta[1]) posse sine subiecto usurpari, elucet ex magna copia locutionum subiecto carentium, quas adhuc congessimus. »Jeder Anlass zu einem Bedenken über solchen Gebrauch des Particips verschwindet, sobald man ihn nicht isoliert, sondern im Zusammenhange mit den verwandten Spracherscheinungen betrachtet«. H. Bonitz, Z. f. ö. G. 1866 p. 788. De quibus constructionibus eandem habent opinionem Vahlen (in ed. cr. Aristotelis de arte poet., Lipsiae 1885 adn. ad p. 1451ª 13) et Classen (ad Thucyd. I 7 s. v. πλουτωτέρων, cf. ibid. adn Boeh-

[1]) De genuina vi et origine genet. absol. in lingua graeca vide Classeni Beob. über d. hom. Sprachg. p. 176—188 et Brugmanni Gr. gr. § 171. Accus. absol. nondum invenitur apud Homerum.

mii). Tuetur hanc sententiam inter grammaticos recentiores solus, quod sciam, Madvig, Synt. § 181 adn. 4 c). Vide sis etiam F. de Saussure, de l' emploi du génitif absolu en sanscrit, Genève 1881 p. 7 (genet. ὄντος).

Apud Herodotum praevalet gen. absol. sine subiecto, saepiusque ita construitur plur. part.; accus. absol. semel tantum apud eum sine subiecto occurrit.

1) Genet. absolutus.

a) Neutr. sing.: α) σημήναντος VIII 11, 3 δεύτερα δὲ σημήναντος ἔργου εἴχοντο. β) ἀνοίστου γενομένου »cum relatum esset«, VI 66, 4 ἀν. δ. γ. ἐκ προνοίης τῆς Κλεομένεος ἐς τὴν Πυθίην· Ἀναφέρειν (lat. referre) absolute apud Herod. I 157 οἱ δὲ Κυμαῖοι ἔγνωσαν συμβουλῆς πέρι ἐς Δελφοὺς ἀνοῖσαι, III 71, 20 ἐπείτε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε. Cf. Cicero, Verr. 4, 49 aditum est ad libros Sibyllinos.

b) Neutr. plural.: α) ὡς οὕτω (ὧδε) ἐχόντων, I 126, 27 ὡς ὧν ἐχόντων ὧδε, ἀπίστασθε ἀπ' Ἀστυάγεος, VIII 144, 25 νῦν δέ, ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε. V. Xen. An. 3, 1, 40 ὥστε οὕτω γ' ἐχόντων οὐκ οἶδα κτὲ. Plato Civit. 381 c οὕτως ἔχοντος. De plurali cf. Xen. Cyr. 5, 3, 13 οὕτω μὲν γιγνομένων. Hell. 2, 4, 29 οὕτω δὲ προχωρούντων (Kuehner § 486, 1 adn. 2).

β) τελεωθέντων, V 12, 1 τελεωθέντων δὲ ἀμφοτέροισι »cum utrique satisfactum esset». Cf. impersonal. neutr. pluralis.: Thucyd. I 116, 3 ἐσαγγελθέντων ὅτι Φοίνισσαι νῆες ἐπ' αὐτοὺς πλέουσιν — similiter σημανθέντων Xen. Cyr. 1, 4, 18. Comparari possunt ablativi absoluti participii in neutro gen. sine subiecto positi apud latinos scriptores: explorato Livius 23, 42 et 43. Tacitus, Hist. 3, 20 non, si pateant portae, nisi explorato, nisi die intrandum (imperson.: Hist. 2, 49 explorato iam profectos amicos). Inaugurato Liv. 1, 36 et 44. Idem 5, 38, 1 nec auspicato nec litato. Cf. Draeger, Hist. Synt. II § 584.

γ) ἐπινεφέλων ἐόντων (ἐπινέφελά ἐστιν »nubilat(ur)«): VII 37, 9 (ἥλιος) ἀφανὴς ἦν οὔτ' ἐπινεφέλων ἐόντων κτέ. Stein vocat in comparationem Arist. Probl. 25, 18 διὰ τί τῆς αἰθρίας μᾶλλον ψῦχος γίνεται ἢ ἐπινεφέλων ὄντων.

2) Accusat. absolutus.

Μετεόν II 178, 13—14 ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλιες μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται (sc. τοῦ τεμένεος). Ita Thucyd. I 28, 1 ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου.

Adnotatio 1. (ad Herod. II 178 μετεόν). Heikel, De part. ap. H. usu, demonstrare studet, participia absoluta παρέον, παρεόν, δόξαν, ἐχεόν sim. etiam apud Herodotum »non plane seiuncta esse a constructione« enuntiationis, sed posse haberi pro appositionibus. Velut Herod. III 65, 18 ἀδελφεοκτόνος οὐδὲν δέον γέγονα refert Heikel (p. 126) part. δέον (πρῆγμα δέον) ad ἀδελφεοκτόνος, ut haec sit sententia: »factus sum fratris interfector, res non necessaria«. II 148, 2 δόξαν δέ σφι ἐποιήσαντο λαβύρινθον »fecerunt labyrinthum, rem a se decretam«. Eodem modo videtur Heikelio (p. 127) explicandum Herodoteum illud enuntiatum II 178 οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται »sibi vindicant delubrum: rem cuius non sunt participes«. Perperam; scripsisset tum Herodotus μετεόντος, quod postulat v. μεταποιεῦνται! Μετεόν manifesto a constructione seiunctum absolute est positum. Magis itaque ad verum accedemus, si statuerimus, temporibus Herodoti participia illa prorsus extra constructionem enuntiationis fuisse, vestigia vero pristini artioris eorum nexus grammatici tantum apud Homerum apparere eaque non permulta, ut luculentissime docuit Classen.

Adnotatio 2. Horum, qui absolute usurpantur, participiorum subiectum esse τούτων (τούτου), πραγμάτων contendunt commentatores: Krueger (cf. Gr. gr. 47, 4, 3 -5), Abicht, Stein I 126, 27. V 12, 1). Item Kuehner § 486, 1 adn. 2 et Heikel l. c. p. 47. (Xen. An. III 1, 40 ὥστε οὕτω γ' ἐχόντων

οὐκ οἶδα ὅτι ἄν τις χρήσαιτο αὐτοῖς < στρατιώταις > εἴτε νυκτὸς δέοι εἴτε καὶ ἡμέρας iudicio Vollbrechti στρατιωτῶν (!) ad ἐχόντων est revocandum).

Appendicula.

Locutiones, quae continentur substantivo abstracto et inf., ut ὥρα ἐστὶ ἀπιέναι, ἐμοὶ δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ὑμῖν καθεύδειν (Xen. An. 1, 3, 11) sunt aperte impersonales. Notio subst. abstr. plena fit demum infinitivo adiuncto. Videas Meierheim, De inf. Hom. Specimen II p. 12. Kuehner § 473, 2 adn. 4. (Subiectum in his exemplis esse infinitivum non recte statuunt Krueger § 50, 6, 4. Madvig Synt. § 215 *a*. Heilmann, De inf. synt. Herod. p. 13. Sharp, De inf. Herod. p. 13. Forssmann, De inf. temp. usu Thucyd., Lipsiae 1873 p. 43. Stix, Zum Gebrauch des Inf. m. Art. b. Demosth., Progr. Rottweil p. 3—4). Quae constructiones eodem modo sunt explicandae, quo ἔξεστί μοι cum inf. etc., maleque eas Miklosich p. 69 a genere impersonalium seiungit.

3 2044 056 136 4

The borrower must return this item on or before the last date stamped below. If another user places a recall for this item, the borrower will be notified of the need for an earlier return.

Non-receipt of overdue notices does ***not*** *exempt the borrower from overdue fines.*

Harvard College Widener Library
Cambridge, MA 02138 617-495-2413



Please handle with care.
Thank you for helping to preserve library collections at Harvard.